SAPIENTVM DICTA VAFRE ET ACVTISSIME CVM GLOSEMATE

Aelij Antonij Nebrissensis

nunc denuo recognita & emendata.



ANTIQVARIAE.

In ædibus Aelij Antonij Nebrissensis.

Anno 1577.

SAPIENTVM DICTA VAFRE ET ACVTISSIME CVM GLOSEMATE AELII

Antonij Nebrißensis: nunc denuo recognita & emendata.

Prologus ad eundem.

PYthagoras ille Sami9, pater amplißime: cuius fuit magnum in studio sapientiæ nomen, cum Phliunta venisset: interrogatus a Leonte Phliasiorum tyrãno quem se esse profiteretur: philosophus, inquit, sum. Is enim cum videret, alios eiusdem rei studiosos maxima quadã arrogantia sapientię sapientes appellari: quod intelli

PYthagoras, Mnesarchi filius: siue (vt alij putãt) Sarmaci. Samius, ex Samo insula Ioniæ atq; vrbe eiusdem nominis, est & alia Samos Thraciæ. Magnum nomen, quippe qui philosophiam quæ dicitur Italica primus instituit. Phliunta, Phlius. untis. vrbs est Sicioniæ in Acaia: vnde possessiuum est, phliasius. a. um. Cicero. 5. Tusc. vbi de hac Pythagoræ peregrinatione loquitur: Phliuntis vrbis & Phliasij sermonis cum Leonte habiti meminit. Idem tamen Cicero in epistolis ad

gebat solum Deum eo nomine censeri debere: se non sophon, hoc est sapientem: sed philosophum, id est amatorem sapientiæ, honestiori vocabulo prædicauit. Omnes igitur, qui ante illum sapientiæ studio incubuerunt: sophi, & post illum philosophi appellati sunt. Fuerunt autem ante Pythagoram complures, & habiti sunt sapientes: sed quos Græcia iactat prope omnium consensu fuere septem. Thales Milesius, Solon Salaminius. Chilo Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus. Bias Priennæus, Cleobulus Lindius, Periãder Corinthius. Cœpti sunt autem appellari sapiẽtes: quod cum adolescentes Ionij iactum retis a piscatoribus emissent:

Atticum à Phliunte Phliunitius.a.um. deduxit analogia deceptus, quod ab Opunte Opuntius, à Sipunte Sipuntius dicitur. Sed me, inquit, analogia decepit: sed hoc continuo correximus. Apuleius in apologia, vinum inquit Thasium, & lus Phliasium. Philosophus, id est, amator sapiẽtiæ. Eiusdem rei, id est sapientiæ. Honestiori. Valla hoc Pythagoricum ad iactantiam magis pertinere putat, quam ad humilitatem. Incubuerũt, id est, vires atq; operas suas dederunt. Fuerunt sapientes, reuera. Et habiti sunt, id est, in ea fuerunt apud alios æstimatione & opinione. Omnium consensu, id est, nemine (vt aiunt) discrepante. Thales Milesius, de ijs infra suis locis dicetur. Adolescentes Ionij, ex Ionia: vnde fuit Thales, nam Miletus ciuitas Ionniæ est. Iactum retis, id est, id quod ex iactu retis prouenisset.

essetq; inter illos de tripode aureo cum piscib⁹ educto exorta contentio: non antea inter eos conuenit: quam est Delphos missum: responsumq; ab Apolline.
De tripode ex Phœbo quæris Milesia pubes.
Huic tripodē addico, cuius sapiētia prima est.
Dant ergo Thaleti, Thales illum alij dat: atq; alius alij: donec ad Solonem uentum est: qui Deum esse primum sapientia asserens illum Delphos misit. Sunt qui Anacharsim Scytā: Misonem Chenæum: Epimenidē Cretensem Pherecydem Syrum, inter septē superiores annumerare velint & hi quidem omnes appellati in primis sapientes floruerunt circa olym-

nisset. Tripode aureo, id est tripode mēsa ex auro. Contentio, vtrū adolescentibus an piscatoribus cederet. Conuenit, id est concordia facta est. Delphos, vrbem Phocidis ad radicem montis Parnaßi, vbi Apollo responsa dare consueuit: vnde Apollo Delphicus dictus. De tripode: Apollinis responsa semper fuerunt carmine hexametro reddita: quod & in libris Sybillinis est obseruatum. Pubes Milesia, id est, o iuuentus Mileti: nam Ionij fuerunt adolescētes & piscatores vt diximus. Addico, idest dijudico. Cuius sapiētia prima, id est primus in ordine sapiētiæ. Deum ipsum Apollinem: in quem sapientia referebatur. Delphos, vbi Apollinis templum celeberrimum fuit: in quo & tripodes Pythonis serpentis corio tecti erant sacrati. Sunt qui Anacharsim, scilicet Ephorus & Dicearchus, quē

piada quinquagesimam: hoc est, ante salutem Christianam anno circiter sexcentesimo. Philosophiæ vero duo principia fuere: alterum, quod ab Anaximandro, alterum, quod a Pythagora, fluxit. Anaxymandri Thales Milesius præceptor fuit, Pythagoræ vero Pherecydes Syrus. Appellatumque est illud Philosophię genus Ionicum, quod Thales fuerit ex Ionia, hoc autem Italicum, quod illius autor Pythagoras in Italia plurimum sit philosophatus. Erit igitur operis nostri liber primus de ijs,

admodum in illius vita dicemus. Misonem: hunc pro Periandro ponit. Plato in Prothagora. Epimenidem. Leandrius hunc pro Cleobulo ponit. Pherecydem: vt Hermippus. Sed de his suo loco. Olympiada quinquagesimam, hoc est ante salutem Christianam anno circiter sexcentesimo. Nam teste Eusebio Christus prædicare orsus est anno secundo ducētesimæ secundæ olympiadis, qui sunt anni octingenti sex: vnicuiq; olympiadi quatuor annis distributis. Dictæ sunt autem olympiades ab olympia, qui locus est apud Pisam Elidis vrbē in Achaia, vbi totius Græciæ consensu: quarto quoque anno ludi olimpici celebrabantur: atq; in quinq; illis nominatissimis ludis, hoc est palestra, cursu, disco, cæstibus, pancratio, victores corona donati olympionicæ dicti sunt. Philosophiæ. Ad ordinem operis accedit: nam cum superiores vndecim homines sensati pro loco & tempore sententias suas passim effuderint: scidit se studium in duas scholas siue sectas, Ionicam scilicet & Italicam.

qui proprie sapientes appellantur. Secundus de philosophis Ionicæ philosophiæ. Tertius de Italicæ philosophiæ autoribus, non omnibus quidem: sed de illis tantum, qui antiquitatis maiestatem obtinent.

Nam ab Anaximandro Thaletis Milesij auditore philosophia Ionica incepit: quoniam vterq; ciuis Mileti fuerit: Miletus autem (vt diximus) ciuitas est Ioniæ: à Pythagora vero philosophia Italica initium sumpsit: qui relicta patria post lustratam Aegyptum, Syriam, Cretam, Crotonem, in Italiam venit: atq; Italis leges dedit. Et cum discipulis trecẽtis rempublicam administrauit sub ea forma, quæ à Græcis aristocratia dicitur.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS IN VAFRE DICta sapientum, liber primus incipitur.

THALES MILESIVS.

THALES primus ex numero septem sapiētum patre Examyo & matre Cleobulina genitus patriam habuit Phœniciam: postea vero ciuis Mileti ascriptus est: vixitq́ annos nonaginta. Hic cum perseuerasset cælebs nepotem ex sorore sibi filium adoptauit.

Thales primus. in ordine dignitatis: quoniā reliquis omnibus in sapientia est ab Apolline prælatus, nam qui dicuntur septem sapientes, contēporanei fuerunt: vt diximus. Patre Examyo & matre Cleobulina: *qui Phœnicum nobilissimi ab Agenore genus ducebant.* Patriam Phœniciam: *sed postea ex Phœnice profectus in Ioniam ciuis Mileti ascriptus est: quanquam fuerint, qui dixerunt, fuisse indigenam nobili genere.* Ex administratione *deinde reipub. se ad contemplationem rerum naturalium transtulit.* Cælebs, *id est non duxisset vxorem, quidam vxorem duxisse atque filium istum procreasse putant.* Vixitq́; annos nonaginta, *autore Sosicrate: Apollodorus, duode octoginta vixisse, scribit.*

Eius sententiæ sunt.

Duceret vxorem, mater suadebat ephebo:
Nondum est tẽpus, ait: post modo tẽpus erit
instabat rursus, cum iam foret acta iuuẽtus,
Quid mihi grandæuo est coniuge, dixit, op.?
Scitanti cur non natos generauerit: inquit,
Me nunquam potuit flectere talis amor.
Et sophiæ studium quidam exprobrauerat illi
Ignauum, quia nil vtilitatis habet.
Sydera tunc cæli circunspicit: atq; ab amicis

Duceret vxorem. Laertius, vrgenti, inquit, matri vt se matrimonij vinculis astringeret: adhuc intempestiuum esse dixit, emensa fere iuuenta: cum sibi illa acrius insisteret: iam, inquit, intempestiuum est. Censet igitur Thales, sapienti vxorem non esse ducendam. Duceret, id est vt duceret: nam coniunctio plerunq; subtrahitur verbo subiunctiuo: vt Iuuenalis. Græculus esuriens ad cælũ iusseris ibit, idest si iusseris. Mater: Cleobulina, vt diximus. Ephebo: iam puberi, quoniã Ephebos Græcè est pubes, & Ephebia pubertas. Post modo: postea, & est compositio ex præpositione & aduerbio: vt Ouidius. 12 Meta. Postmodo qui rapta longum cũ coniuge bellũ attulit. Acta, id est exacta & preterita. Scitanti: Laertius, cum rogaretur, inquit: cur filios nõ procrearet: quod filiorum amore non teneretur, respondit. Scitanti, id est interroganti: nam scitor. aris. & sciscitor. aris. est quærere, vt sciamus. Flectere, id est mouere & inclinare. Et sophiæ: ex Aristotele 1. Politicorum, quale, inquit, est illud Thalis Milesij attributum sibi propter sapientiam.

Quæ reddenda forent: pauca talenta petit:
Vnde subarrauit Mileti quidquid oliui
Anni fertilitas exhibitura fuit.
Facto deinde lucro, facile est sapientibus, in
Esse locupletes: sit modo cura sibi. (quit,
Materiam rebus natiuis esse liquorem

Cui cum obijceretur philosophiæ studium quasi inutile & infructuosum prospexisse illum, ferunt, per astrologiam oliuarum fertilitatem futuram. Cumq; ille collegisset pauxillum pecuniarum, hyeme adhuc vigēte, emptionem olei fecisse in Mileto & in Chio pro paruo admodū precio: vtpote nemine plus offerente: arrasq; dedisse. Cum itaq; postea tempus venisset: multis subito quærentibus vendidisse oleum, quāti ipse voluit: ac magnam vim pecuniarum inde lucratum ostendisse amicis, facilè esse ditari: sed non esse illi curæ. hæc Aristoteles. Laertius quoq; ex autoritate Hieronymi Rhodij, cum vellet, inquit, ostendere, quam sit sapienti facile ditari, præcognita futura vbertate, conduxisse olearia, pecuniasq; innumeras sibi comparasse. Subarrauit, idest arris datis conduxit. Materiam rebus. Laertius, principium, inquit, omnium aquam esse dixit. Ergo principium pro principio materiali posuit: Mouebatur autē Thales ad ponendum aquam rerum omnium principium, tum quod putabat, terram super aquam esse fundatam, tum etiam, quod semina omnium rerum atq; nutrimenta humida sunt. Confirmabat hāc opinionem ex eo, quod poetæ scripserunt Oceanum & Tethyn parentes esse generationis. Aristoteles 1. Metaphy. Thales, inquit, autor talis philosophiæ primus aquam

esse

Dixit: & ex illo cuncta creasse Deum.
Qđ vir, nõ mulier: q̃ homo, nõ belua, q̃ stirps
Græca foret: quod nõ barbara, gratus erat.

esse dicit principiũ, quapropter & terram super aquam dicebat esse, sumpta existimatione ex eo quod nutrimentum humidum est, & ex hoc fieri atque hoc viuere calidum ipsum videbat. Id autẽ, ex quo quippiam fit, ipsius esse principium constat. Et insuper, quia semina omnium humidam habere videntur naturam. Et sequitur: Oceanum enim & Tethin patres generationis fecerunt, iusiurandumq; Deorum aquam, quæ quidem à poëtis ipsis Styx appellatur, hæc Aristoteles. Natiuis, id est naturalibus. Liquorem, id est aquã. Deum: quemadmodum Aristoteles putat. Thales non distinguebat principium materiale ab efficienti: itaq; Stygem ponebat pro vtroq;: de qua Vergilius. 6. Aeneid. Dij cuius iurare timẽt & fallere numẽ. Sed quia Deũ ingenitũ ponit, atq; oĩa generasse: carere quoq; principio & fine: atq; illũ nihil latere, dicit: nos adiecimus ex liquore Deũ cũcta creasse: quod Aristoteles Anaxagoræ tribuit ex Chao. Quod vir. Laertius: aiebat, inquit, triũ maxime rerũ causa gratias se fortunæ agere. Primo, qđ homo nõ belua: deinde, qđ vir nõ mulièr: tertio, qđ Græcus natus esset nõ barbarus: hãc quidã Socrati tribuũt. Dicit igitur gratus erat. i. gratias fortunæ vel potius Deo agebat, qđ foret vir & nõ fœmina, quoniã in specie humana vir eo distat à fœmina, quo perfectum ab imperfecto vnde alter à vi, altera à mollicie dicta est. atque, Aristotele autore 1. Physicorum. Fœmina ea ratione se virum esse appetit: qua turpe pulchrum. Quod homo non bellua: quia homo ratione censetur

tur

Sermones raros eius, qui pauca loquatur:
Esse bonæ mentis significabat opus.
Cunctarum rerum Deus antiquissima res est:
Ingenitus quia sit: omnia cum generet.
Omnibus in reb⁹ res est pulcherrima mund⁹,
Hunc sibi quod summa fecerit arte Deus.

tur: bellua solo appetitu. Nam ipsius animi origo cœlestis est, siue in corpore creetur, vt Aristoteli placet: siue aliunde veniat, sicut Platoni: atque perinde immortalis est. In belluarum vero interitu anima cum corpore dissipatur: dicente Iuuenale. Principio indulsit cõmunis conditor illis tantum animas, nobis animum quoq; &c. Quod stirps Græca, id est Græcus natione & non barbarus, quorum vt refert Aristoteles primo politi. vigentes ratione aliorum sunt domini & rectores, quod de Græcis idē autor interpretatur. Sermones raros: hoc ipse trimetro senario expressit, quod sic latine versum est ab interprete Laertij: non multa verba signa sunt bonæ mentis. Nos autem in disticho sic, Sermones raros. &c. Ordo est significabat, id est quasi per signum quoddam dicebat, esse opus bonæ mentis sermones raros, quia è diuerso, vt scriptura sacra dicit, in multiloquio non effugies peccatum. Cunctarum rerum: Laertius: Antiquissimum eorum, quæ sunt omnium, Deus, ingenitum enim. Nos addidimus omnia cum generet, vt exprimamus Thaletis sententiam contra aliorum opinionem de principio, cũ præsertim dicat: mundũ, à Deo factũ. Omnibus in rebus: Laertius: Pulcherrimum mundus à Deo enim est factus. Mundus autem pro cælo accipitur propriè. Plinius lib. 2. Mundus & hoc quod nomine

 mine

Maxima res locus est: quoniã capit oĩa solus.
Velocissima mens, omnia cum penetret.
Omnia quod superat: vis est fortissima rerum.

mine alio cælũ appellari libuit: cuius circunflexu teguntur cuncta, & paulo post: quem cosmon Græci nomine ornamenti appellaue=re, eum nos à perfecta absolutaq; elegantia mundum, cælum qui=dem haud dubie cælati argumento diximus. Sibi, id est habitationi suæ. Iuxta illud Psalmi. Dominus in cælo sedes eius. & illud rur=sus. Cœlum cœli domino. Aristoteles quoq;. 1. de cœlo. Veteres, in=quit, cœlum Dijs tribuerunt. Et Apuleius libro de mundo hunc Ho=meri versum citat. Sors Iouis aula poli, nubis super æthere facta est: & subdit, hanc opinionem cõmunis mos & hominum obserua=tiones secutæ affirmant superiora esse Deo tradita. Namq; habi=tus orantium sic est, vt manibus extensis in cælũ precemur. Ma=xima res locus est: Laertius: maximũ locus, capit enim omnia. hæc sententia non vsq; quaq; vera est, neq; enim locus cœlũ capit: quo=niam cœlum non est in loco, sed in seipso, vt probat Aristoteles in 4. Physicorum. Igitur locus non est maxima res: sed cœlum, cuius circunflexu, vt paulo ante ex autoritate Plinij, teguntur omnia. Et quod Ouidius. 1. Meta. scribit, & quod tegit omnia cœlum. Sed in cæteris rebus verum est, quod Thales dicit, locum esse rem ma=ximam, quia cõtinens maius est contento. Itaq;, vt Aristoteles ait, terra est in aqua, hæc in aere, aer in æthere, æther in cœlo est col=locatus, ipsum vero cœlum nullo alio in corpore vlterius est collo=catum. Velocissima mens: Laertius: velocissimum est mens: nam per vniuersa discurrit. Cicero. 1. Thus. Nulla est celeritas, quæ pos=sit cum animi celeritate contendere. Omnia quod superat: Laer=

Et sapiens tempus, cuncta quod inueniat.
A vita mortem parui referre putabat.
Cum male compacto corpore sensus abit.
Quæsiuit quisquã, cur non moreretur & ipse,
Si mors ipsa nihil; nil quia distat, ait:

tius: fortissimũ, inquit, est necessitas, omnia enim superat. Dicit igitur, quod vis, id est violenta necessitas. Nam ex. 5. Methaphysicorum Aristoteles: inter alias significationes necessarij vna est quod significat violentũ: vnde, vulgo dici consueuit, quod necessitas non habet legem. Et sapiens *tempus: Laertius: sapientissimũ, inquit, est tempus, inuenit namq; omnia. Tempus vero omnia inuenire dicitur: sed figuratè pro eo quod est homines in tempore. Sed neq; tempus res inuenit nisi per accidens. Nam quemadmodum autor est* Aristoteles *libro Physicorum. 4. tempus corruptionis per se causa est: generationis vero per accidens: vnde, eodem teste, prouerbium fuit apud Grecos. Omnia tẽpore senescere atq; corrumpi, diligentia itaq; hominum efficitur: vt temporis violentiæ resistamus, negligentia vero, vt vi temporis rapiamur.* A vita mor*tem: Laertius: nihil, inquit, mortem à vita differre: tu vero, ait quispiam, quare non moreris? quia nihil, inquit, differt: dicitur igitur, putabat Thales, mortem parui, id est in re modica differre, id est distare à vita: quod contingit, cum sensus, id est anima, in qua est vis sentiendi, abit, id est recedit à corpore male cõpacto, id est elemẽtorum qualitatibus male compositis. Nil quia distat, ac si dicat: si ego dixissem, quod mors erat melior quã vita: ego consciuissem mihi mortem, sed quia dixi, inter vitam & mortẽ nullam esse differentiam:*

Alma dies an nox prior esset facta? roganti.
Ille refert: facta est nox prior vna die.
An ne Deum peccās fallat aliquādo? rogatus:
Nec tunc iste latet: cum meditatur: ait.
Depresso in Mœcha quęrēti, an peieret? inquit
Læsa fides non est peior adulterio:

ferentiam, non est vlla ratio, cur alterum alteri præferam. **Alma dies:** *Laertius: scitanti cuidam, quod primo factū esset: nox an dies? nox, ait, vna prius die. Hæc quæstio ex eo orta est, quod Thales dixit mundum à Deo esse factum. si igitur incepit mundus: factus ne fuit dies prior an nox? Respondit vnam noctem præcessisse diem. quod est consonum iis, quæ dicuntur à plerisq; nostræ religionis autoribus lucem creatam præcessisse duodecim horas tenebrarum. quod probant ex eoquod sacræ literæ dicunt. Factum est vespere & mane dies vnus. Sed cur Thales dixit vna nox, & non prima nox? quæram & ego à te cur Moses dixit dies vnus, & nō dies primus. Nam quod Eusebius Cæsariensis tractans illud, Factum est vespere & mane dies vnus, scribit dicens. Primo dierum omnium, quo mundus extat conditus.* **An ne Deum?** *Laertius, interrogatus, inquit Thales lateret ne Deum homo male operās: nec cogitans quidem respondit. Fallat Deum, id est lateat Deum, hoc est quod Deus ignoret. Dicimus enim. Hoc latet me, id est ignoro. Cum meditatur. multo igitur minus cum peccat: quanquam & ipsa meditatio culpa non caret.* **Depręso in Mœcha.** *Laertius: percontanti, inquit, adultero an iuraret se minime adulterasse? nō est periurium adulterio deterius. sed amphibologia est. nam & le*

Quæ res in vita foret ardua difficilisq́;,
Cum peteret quisquam: gnoti se auton, ait.
Quæ facilis, contra rursus quęrebat & inquit

gi potest enunciatiue & interrogatiue, sed melius est vt interrogatiue legatur. Respondit igitur Thales deprehenso in Mœcha. num deprehendere in malum est plerunq́;, vt Martialis, deprehensum in puero tetricis me vocibus vxor. & Horatius. 1. sermo. Deprehendi miserum est. Quærenti an peieret? Nam illo modo satisfaciebat marito adulteræ atque se ab adulterij infamia purgabat. Læsa fides, id est iusiurandum violatum. Peius adulterio. si enunciatiuè, vt dixi, legas, erit sensus: cum iusiuradi contempta religio vt dicitur e consultus, solum Deum habeat vltorem: melius est incidere in manus domini, iuxta illud Dauid regis. 2. Reg. cap. 24. sed potius mihi placet altera sententia. Quæ res in vita. Laertius: interrogatus, inquit, Thales: quidnam esset difficile: seipsum, inquit, nosse. In vita, id est in ijs quæ pertinent ad benè beateq́; viuendum. Gnoti se auton. quod ex Græco interpretatur nosce te ipsum. Reliquimus autem hanc sententiam sub literatura Græca, q, sub hoc titulo citatur quam sepissime Marci Varronis fabula. Iuuenalis quoq́; e cœlo inquit decendit gnoti se auton. Nam & Plato in legibus Apollini hoc tribuit: Platonis interpretes Chiloni responsum ab Apolline per Pythiam dicunt. Sed & Cicero. 1 Thusc. in Apollinem hanc sententiam refert. Plinius hoc. a. Mortales inquit oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio præcepta eius Delphis consecrando aureis literis, quæ sunt hæc, nosse se quemquam & cætera. Quæ facilis contra: Laertius: quid contra

tra

Ille: pericula cum nos aliena monent.
Quærenti, quæ res esset suauissima rerum
Quæsitis, inquit, si potiare libens.
Cumque rogaretur: quid sit Deus: intulit ille,
Cui neque principium, sed neque finis adest.
Quam rem vidisset perraram difficilemque:
Cum perijt sicca morte tyrānus, ait.

tra facile, alijs moneri, dixit. Sensus autem est, quoniam non possumus in nos ipsos reflexionem facere cognoscendo nos, hoc est animum nostrū; vt Cicero interpretatur: reliquum est, vt exemplo aliorum moueamur ad bene agēdum & deterreamur à male agendo, quoniam boni virtutis præmia, mali vero pœnas consequuntur. Monent. Iuxta illud Horatij primo episto. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. Quærenti, quæ res. *Laertius, interrogatus Thales quid suauissimū: frui, inquit. Nam cum sit vti eorum, quæ sunt ad finem: frui vero ipso fine, nihil poterit esse iucundius ipsa fruitione: nos autem aliquid iminutauimus: quod suspicamur hanc sentētiam esse, quæ ab Aristotele celebratur in. i. Ethicorum iuxta epigrāma deliacum. iucundissimū, inquit, re amata potiri.* Cumque rogaretur: *Laertius, interrogatus, inquit, Thales, quid sit Deus, respondit: quod initio & fine caret. Ac si diceret, infinitus est. immensus & incomprehensibilis.* Quam rem. *Laertius. interrogatus quid difficile vidisset. Tyrānum, inquit, senē: quoniam morte intercipiuntur. Nos autem mutauimus in verba Iuuenalis de tyrāno. Ad generū, inquit, Cereris sine cæde & vulnere pauci descendunt reges, & sicca morte tyrāni. Nam sicca mors dicitur*

Quo miser aduersos fortunæ perferat ictus?
Si peiore loco forte inimicus erit.
Tum bene viuemus fœliciter atq; beate:
Si, quæ insectamur, non faciemus, ait.
Quis nam sit fœlix. inquit, qui corpore sanus,
Fortuna locuples, qui bonus & sapiēs.
Absentis memorem tanquā præsentis amici
Esse iubebat eum, quisquis amicus, erat.

à poeta, quæ sanguine caret, atque incruenta est. Quo miser, *Laertius. quo pacto fortunæ aduersæ ictus quispiam ferat facillime. si inimicos, ait, videat deterius affectos. Quo igitur. id est qua ratione. Ictus, id est fortunæ iniurias. Peiore loco, id est inferiori conditione.* Tunc bene viuemus. *Laertius. quo modo optime ac iustißimè viuemus, si quæ in alijs, inquit, reprehendimus, ipsi non faciamus. Insectamur. id est, persequimur & exagitamus.* Quis nam, *Laertius: interrogatus quisnam fœlix sit, qui corpore, inquit sanus, fortuna locuples, animoq; non ignauus aut imperitus est. Nam cum secundum Peripateticos tria sunt genera bonorum, naturæ, fortunæ, atq; animi: quæ omnia simul cumulata fœlicitatem conficiunt, inter bona naturæ sanitas numeratur, inter bona fortunæ diuitiæ. bona autem animi duplicia sunt, quoniam quædam sunt in appetitu, vt virtutes morales: quibus efficimur boni: quædam in tellectu: vt virtutes intellectiuæ, quibus efficimur sapientes.* Absentis memorem. *Laertius: amicorum absentium & præsentium æquè memores debere esse, ait. Nam quemadmodum Aristoteles in Ethicis scribit: multas amicicias silentium dirimit: quod præcipuè*

Non faciem colito fucis:nec corpus amictu:
Sed mentem virtus imbuat:arsq; colat.
Qua pietate patrem fueris matremq; secutus,
Illa etiam nati te resequentur,ait.

pue in amicitia nõ vera hoc est vtili & iucunda cõtingit Non fa*ciem colito:* Laertius *: non componere faciem , sed bonarum ar*tium studijs animum excolere præclarum esse . Sensus autem est. cum constemus animo & corpore,non corpus sed animus nobis excolẽdus:iuxta illud versificatoris. Si Deus est animus:vt nobis, &c.quod ex libro sexto Ciceronis de repub.sumptum est.* Apuleius *quoque de Deo sacratis.nihil,inquit,æquè miror:quã cum omnes sciant:quantum viuax animus sit colendus:animum suum non colant.* At *si quis velit acriter cernere, oculi sunt curandi , quibus cernit:cur igitur non etiam animum suum ratione excolant? quandoquidem ratio viuendi æque omnibus necessaria est,nõ ratio pingendi.ratio psallendi:quas quisq; bonus sine pudore contõpserit.* Fucis,*id est medicamentis,quibus mulieres solent faciem emaculare.* Virtus imbuat,*scilicet,moralis,qua,vt paulo ante diximus.homines efficiuntur boni.* Arsq; colat,*scilicet virtus intellectiua, qua efficimur sapientes,vt sit ars , non quemadmodum ab* Aristotele *libro sexto* Ethicorum *diffinitur,recta ratio factibilium:sed quemadmodum à* Cicerone *collectio multorum præceptorum in vnum finem tendentium: quo nomine tam contẽplatiuè quã actiuè quã factiuè continentur.* Qua pietate.* Laertius *quæcunque,ait, stipendia parentibus intuleris,eadem ipse à filijs expecta. Qua pietate, id est, obseruantia , nam pietas propriè in Deum, patriam,*

Sexaginta annos habeo qui dixerat, inquit,
Quid, tibi, quod perijt, dicis habere miser?

¶ Solon Salaminius.

SOlon Excestidæ, filius patriam habuit Salamina insulam contra Athenas positam. Postea vero legislator Atheniensium factus Pisistrati tyrãni dominationem fugiens in Aegyptum nauigauit, atq; deinde in Cyprum, vbi diem suum obijt anno ætatis circiter octogesimo: mandans vt sua ossa in patriam Salamina reportarentur.

& parentes est. resequentur, id est è contrario sequẽtur. Sexaginta, hãc Seneca Soloni tribuit. habeo sexaginta annos more vulgi dicitur: qui, quod perdidit atq; consumpsit, se habere dicit.

¶ Solon. Salamina insula, ad differentiam alterius Salaminis, quã Teucer Telamonius filius in Cypro condidit, atque de nomine Salaminis in qua pater regnauit cognomen indidit. Legislator. Nam principio sisactheam induxit: sic enim appellabatur lex: qua corpora possessionesq; redimebantur. legem quoq; tulit de Salamine patria ab Atheniẽsibus recuperãda, cum alioqui capitale esset ea de re ad populum referre: propterea quod de insulæ possessione inter Athenienses & Megarenses ad internitionem vsque dimicatum armis esset. Pisistrati. hic Solonis propinquus fuit: cui molienti vrbis dominationem quoad potuit consilio & armis obuiauit: sed tandem Pisistrato tyrãnide potito in Aegyptum nauigauit. peruenit

Eius sententiæ sunt

Quærebat Crœsus, quis fœlix esset: & inquit,
Expectanda dies vltima semper erit.

nit deinde ad Crœsum regem Lydorum, deinde in Ciliciam, vbi vrbem Solos ex suo nomine appellata condidit. Deinde Cyprum, vbi defunctus est. sed ossa in patriam referri, atque in cineres solu ta per insulam disseminari præcepit.

¶ Quærebat Crœsus. Laertius. post Aegyptum & Cyprum pera gratas ad Crœsum peruenit: à quo interrogatus quisnam sibi fœ lix videretur: Thelus, inquit Atheniensis, & Cleobis, & Biton, & cætera, quæ sunt in ore omniũ. Herodotus vero in. 1. libro refert: quod cum Solon ad Crœsum regem Lydorũ venißet: iußit illi rex diuitias suas ostendi, atque interrogauit, an vnquam vidisset bea tiorem. Respondit Solon se Thelum vidisse, qui & liberos susce perit. & viderit ex his nepotes mortuos honestißimè. Interroga tus, an alterum, respondit, Cleobin & Bitonem, quorum pietas in matrem spectata fuerit, & mors honestißima. rursus, de eo quid sentiret: multorum te, inquit, hominum regem abitror, quod vero interrogas, prius nõ affirmauero, quam audiuero te vita bene fun ctum esse. Deinde Crœsus à Cyro captus Solonis sententiam verã fuisse expertus est. Nã cum in pyrã iaciendus esset Crœsus, me mor Solonis sentẽtiæ, o Solon Solon exclamauit. Nos itaque omis sis prioribus duobus responsis de Thelo, deq; Cleobi & Bitone, ter tiam adiecimus, quæ magis celebrata est, vt ab Aristotele primo li bro Ethicorum: sed iuxta Solonem, inquit, expectare finem opor tet. Ouidius quoque tertio Metamor. Sed scilicet vltima semper

Ornatus gemmis ostroq; insignis & auro
Crœsus ait,num res pulchrior vlla fore t?
Quas, ait ille,auium ludens natura creauit,
Pauones,galli,phasides,&meropes
Humanæ vitæ spacium digesserat annos
In decies septem,dehinc dolor atq; labor.
Impius,obscurus,malus,atq;ignobilis esto,
A quo non fuerit pastus vterq; parens.

expectanda dies homini est,diciq; beatus ante obitum nemo supremiq; funera debet. Et Iuuenalis. *Et Crœsum,quem vox iusti facunda Solonis respicere ad lõgæ iußit spacia vitæ.* Ornatus gemmis. *Laertius,aiunt quidam,Crœsum , cum se exquisitißime omnium ornamentorum genere composuisset:sublimiq; in solio sederet.interrogasset eum:an pulchrius vnquam spactaculum viderit: illumq; dixisse,gallos gallinaceos,phasianos atque pauones:naturali enim eos flore & incredibili speciositate vestiri.Ostro & auro,id est,purpura auro intexta.& meropes,id est,apiastræ , aues videlicet illæ,quæ apibus vestiuntur & virides sunt,de quibus* Vergilius *quarto Georgicorum.Meropes aliæq; volucres* Humanæ vitæ. *Laertius. Solon humanæ vitæ terminum septuaginta annos esse,ait,nos vero ex psalmo,* Adiecimus *hemistichium, dehinc labor atque dolor,* Impius. *Laertius,videtur,inquit, id præclare statuisse : si quis parentes non enutrierit:is ignobilis & obscurus esto.Impius adiecit: quia pietas est,cum parentes alimus , obscurus & ignobilis idem est : quibus opponuntur clarus & nobilis.*

Etqui versuram patrimoni fecerit olim:
Acusatori cuilibet esto reus.
Et qui nequitia famosus & indecor esset:
Ille tribunali reijciendus erat,
Sermones operis quædam simulachra putabat
Et, qui polleret viribus, esse ducem.

lis, erunt igitur obscuri & ignobiles propemodum infames. Pastus, *altus & nutritus.* Et qui versuram. *Laertius, & qui patrimonij, inquit, versuram fecerit: omnibus accusare volentibus obnoxius esto. quasi dicat: qui patrimonium dilapidauerit, à quolibet legitime poßit in iudicio accusari.* Versuram, *id est, consumptionem, est autem versura cum debitum debito: aut fœnus fœnore dissoluitur, vnde & solum vertere, est in exilium propter æs alienum aufugere. Iuuenalis. qui vertere solum baias & ad ostia currunt.* Esto reus, *id est, accusetur.* Et qui nequitia. *Laertius, eum, inquit, qui nequicia ac flagitijs insignis esset: tribunali publicisque suggestis arcendum esse.* Nequitia *& flagitium propriè dicitur de illis, qui libidine peccant immodicè.* Famosus, *infamis & indecor quod idem est.* Tribunali. *vnde ius redditur. ac si dicat, nod sit iudex, sed neque ad populum publicè concionetur ex suggesto siue pulpito.* Sermones. *Laertius, aiebat, inquit, sermones esse effigiem operis, & regem, qui esset fortißimis viribus.* Simulachra, *id est, imagines & similitudines, nam qualisquisque est talia loquitur, & illud Aristotelis libro septimo. Politi. ad turpiter loqui sequitur & turpiter facere. Et quod Paulus Apostolus ex Menandro poëta citat, corrumpunt bonos*

Et legem telæ similem, dicebat aracnes
Quod cedit magnis: inferiora capit.
Cur non scita tulit de confectore parẽtis?
quod desperasset hoc fore crimen, ait.
Tunc ius humanum minime violabere: si qui
Læditur: & qui non læditur æqua dolet.

mores confabulationes pessimæ. Qui polleret, id est potens esset. nam ita demum fit: vt potentior rex euadat: non qui hominum opinione ius habet potius. Nam iuxta illud Lucani, vitrix causa Deo placet: sed victa Catoni, quidquod reges non sunt legibus subiecti, sed neque constellationibus cœli, vt pulchrè deducit Iulius Maternus in Prologo Matheseos librorum: vt sit verum, quod sacræ literæ testantur, cor regis in manu Dei. Horatius. Pueri ludentes, rex eris, aiunt, si recte facies. Et legem telæ. Laertius, leges, inquit, aracnearum telis dicebat esse similimas, quippe si quid leue & imbecillum inciderit: inuolui ab eis atque contegi, si quid maius aut grauius perrumpi ac perire. hoc pulchre noster Ioannes Menna expressit atque imitatus est. Cur non scita. Laertius, interrogatus cuius rei gratia contra parricidam legẽ non tulisset: quod desperasset, ait, hoc scelus. scita, id est, decreta & leges, vnde plebiscita sunt appellata. Confectore, id est, interfectore, hoc est, parricida. Fore, id est, futurum esse. Tunc ius humanũ. Laertius: quo pacto homines minime humana iura violarent interrogatus: si sic, inquit, doleant & afficiantur qui iniurijs non lacessuntur: vt qui lacessuntur. apostrophat igitur dicẽs o ius humanũ, id est quod coerces & cõtines homines in societate ciues

tunc

Diuitiæ gignunt satiem: satiesq; superbum:
  Hic spernit leges iudiciumq; simul.
Virtus ac probitas iuramento potior sit:
  Mentiri noli, fac meditere bona.
Non inconsulto fiat delectus amici.
  Nec cum lectus erit: reiiciendus erit.

tunc minime violaberis: si qui læditur. i. iniuriam patitur: & qui non læditur dolet æqua. i. æqualiter, vt sit nomen pro aduerbio. Diuitiæ gignunt. *Laertius, dicebat, inquit.* Solon, *satietatem ex diuitijs nasci, & ex satietate contumelias gigni. Satiem. i. fastidium & arrogantiam, quia diuitiæ faciunt homines insolentes.* Phocas di*cit, hoc nomen habere tantum nominatiuum: quanquam apud* Pho*cam satias non saties legitur. Hic scilicet superbus cõtemnit leges. scilicet. scriptas & iudicium. i. legum executionem, quod est esse iniurium & contumeliosum.* Virtus ac probitas. *Laertius. virtutẽ ac probitatem fideliorem cense.* Mentiri noli. *præclara studiose meditare. tria sunt igitur præcepta in hominum societate necessaria, primum, vt potius credamus aliorum probitati & virtuti quam iuramento: quoniam virtus fortius vinculum est quam iusiurandum.* Secundum, *vt non mentiamur. i. aliud fronte verbisq; ostendamus, quã quod in animo habemus. debemus autem in animo honesta concipere. ideo adiecit tertium præceptum. hypocrisis esset: si honestatem prænobis ferremus, essemusq; introrsus turpes, vt ait* Persius. Non incõsulto. *Laertius. amicos cito noli acquirere. quos autem acquisieris, reprobare caue.* Non inconsulto, *sed longa, vt aiunt, deliberatione amicos dilige.* Nec cum lectus *erit. i. delectus, nam delige*

Cōſule quæ optima ſunt:nō q̄ ſuauiſsima facta
Tunc rege:cum primum ſciueris ipſe regi.
Dux animus vitæ tibi ſit,fortuna ſequatur
Hæc animo ſemper pareat,ille regat.
Imprimis venerare deos,reuerere parētes.
Si potis es,nunquam congrediare malis.

re eſt idoneos ad aliquā rē eligere.vnde amici diligūtur,quaſi deligūt,qđ eſt rationis opus,vt dicit Laurētius.Reijciēdus erit.dū modo ille mores nō mutet:qui nobis illū conciliarūt.ſed de hoc,dū explicabimus illud Biantis,ſic & amandus erit, quem deſignabis amicum &c.plura dicemus. Conſule quæ optima.Laertius,conſule,inquit,non quæ ſuauiſsima,ſed quæ ſunt optima.nam cum ſit voluptas inimica virtuti atq; vitijs coniuncta : atq; econtrario dolor virtutis genitor atq; hoſtis vitiorum:homineſq; (vt Terentianus ille Simō ait,ſint a labore procliues ad libidinē:ſemper optima voluptarijs ſunt præferenda. Tunc rege.Laertius , tunc rege, inquit,cum primum didiceris regi.Gregorius in dialogis, vſus,inquit,recte conuerſationis eſt, vt præeſſe non audeat: qui ſubeſſe non didicerit Dux animus vitæ.Laertius,animum ac rationem, inquit, ducem ſequere.ergo e diuerſo ſequitur, nihil fortunæ committendum eſt. nam vt Polus apud Platonem in eo libro, qui Gorgias inſcribitur,ait:peritia facit vitam noſtram per artem, imperitia vero per fortunam incedere. Animus igitur pro altera perte animi hoc eſt ratione ponitur. Imprimis venerare.Laertius, noli malis congredi, deos honora,parentes reuerere. Venerare deos. quia fuerunt auctores vitæ tuæ vniuerſales,parentes autores vitæ

partis

Lugenti natum quidam, nil proficis, inquit,
Ille refert, lachrymor, nil quia proficio.
Eius pręcipue celebris sententia fertur:
Seu Chilonis ea est: nil nimis vt cupias.
Ne forte qui tegant, quod intus habebunt,
Odium: memento singulos probe serues.

particulares. congrediare malis, id est, cum malis. sic Vergilius. I. Aeneid. atq; impar congressus Achilli, id est, cum malis non communices. Si potis es, id est, potes. nam potis & pote declinatur. Lugenti natum. Laertius, cum lachrymaretur, in quit, ac lugeret defunctum filium, diceretur q; sibi à quodam, at nihil proficis: respondisse: at propter hoc ipsum illachrymor, quia nihil proficio. Eius præcipue. Laertius, aiunt, inquit, & hanc ipsius fuisse sententiam. nihil nimis. Plinius lib. septimo naturalis historiæ hanc Chiloni dat dicens. mortales societatem oraculorum dedere Chiloni, tria eius præcepta Delphis aureis literis consecrando, nihil nimium cupere &c. Solitus est & hanc Socrates vsurpare, atq; Terentius in Andria. id arbitror in vita apprime vtile, nequid nimis. idq; non modo in rebus medijs sed etiã in honestis, dicente Iuuenale, imponit finem sapiens & rebus honestis. Horatius quoq; primo episto. insani sapiens nomen ferat æquus iniqui, vltra quam satis est, virtutem si petat ipsam. huc etiam pertinet illud Terentianum, summum ius summa iniuria est. Ne forte qui. interpres Laertij oratione soluta sit vertit. Caute singulos obserua: ne forte odium in corde tegant dum blanda & arridenti facie te alloquuntur,

sed quia

Dum voce te alloquuntur, ac tenēt, blandā:
Ne lingua duplex ex atra ſonet mente.

¶ De Chilone.

CHilo patre Damageto Lacedæmonius fuit: primuſq; non modo ephorus. quæ dignitas apud Lacones eadē prope eſt: quæ apud Romanos tribunatus: ſed etiam qui primus inſtituit, vt ephori regibus adiungerentur: ad illorum iniurias in plebem temperandas. Obiit

ſed quia ipſe græce verſu trimetro iambico ſcripſit: alius quiſpiam ſic vertit, ne forte qui tegant &c.

¶ De Chilone. *ephori apud Lacedæmonios erant inſtituti a principio, vt potentiam regum in plebem compeſcerent: quemadmodum tribuni plebis apud Romanos contra ſenatum. Laertius dicit Chilonem fuiſſe primum ephorum, & qui hunc magiſtratum primus inſtituerit ſub Euthidemo: cuius rei teſtem citat Soſicratem. Satyrus Lycurgum hoc inſtituiſſe dicit. Plutarchus vero in vita Cleomenis ſcribit: quod initio apud Lacedæmonios bini erant reges: qui adhibitis maioribus in conſultationem, ius dicerent. Inde reges bello impliciti cum diu abeſſent: quoſdam ex amicorum numero elegerunt, qui domi apud ciues regum vicem gerentes ephori ſunt appellati, & habebantur miniſtri regum: inde paulatim omnem ad ſe potentiam conuerterunt: primumque, quo auctore is magiſtratus viguerit, fuiſſe Aſteropium. Theopompus*

Pisæ senex complexus filium: quod in Olympia fuisset coronatus.

Eius sententiæ sunt.

Iratus frater, cur non foret ipse tribunus:
Per contabatur: quod tamen ille fuit.
Cuiusquam fastus tua ferre superbia, frater,
Quod nunquam potuit: quos ego sæpe tuli.
Scitanti Aesopo faceret quid iupiter: inquit,
Ex tollit mites, atq; superba premit.

pompus rex, auctore Valerio Maximo: ephoros primus instituit.

¶ *Iratus frater. Laertius, indignanti, inquit, fratri, quod ipse ephorus non fieret: cum ille fuisset, ego, inquit, pati iniurias scio, non tu ac si dicere voluisset: cum qui alijs præsidet: multas molestias atq; intemperies debere pati ab illis. Tribunus. ephorus, vt diximus. Ille fuit scilicet Chilon. nam cum essent fratres atq; perinde eiusdem conditionis: indignabatur frater Chilonis sibi non contingere, quod illi contigit, hoc est, esse ephorum. Fastus contumelias ex superbia & contumacia subditorum ortas. Tua superbia. i. tu superbus. Scitanti Aesopo. Laertius, fertur, Aesopum interrogasse, quidnam faceret iupiter, illumq; respondisse: excelsa humiliat, et humilia extollit. hic est Aesopus ille fabulator ex Phrygia, vt ego existimo. Diogenes illum oratorem cognominat. Extollit mites. hoc illi nostro conuenit: deposuit potentes de sede & exaltauit humiles, & quod Hesiodus primo Geor. scribit. ille etenim altitonans summi regnator olympi excitat imbelles animos, & fortia corda debilitat,*

In quo præstarent sapientes insipientis?
Ille refert, distāt spe meliore sui.
Quæ res difficilis? reticere arcana, parare
Otia si possis: atq; superba pati.
Compescēda tibi semper sunt verbera linguæ
Præcipue quādo mensa parata tibi est.
Nec carpas alios, sed nec sermone lacessas:

duce quo. fortuna inimica superbos deprimit, atq; humiles clarum super æthera tollit. In quo præstarent. Laertius. rogatus quo differunt periti ab imperitis? bona, inquit, spe: Præstarent. i. præstantiores essent. & dicimus præsto sapienti in datiuo, vt Terentius, homini homo quid præstat: & præsto sapientem. Spe meliore sui i. fiducia, quā de se habent nam solis animi bonis confidunt: quorū certa est atq; firma possessio. Quæ res difficilis? Laertius. rogatus quid sit difficile: arcana, inquit, reticere, otiū recte disponere, iniuriasq; tolerare. Reticere arcana quia nemo est fere cōscius alicui, qui nō pruriat secreta eliminare, atq; vt Iuuenalis de seruis potentiorum dixit: prodere malunt arcanū: quā subrepti potare falerni &c. Parare otia. quod multo difficilius est quā negotia disponere. nā negotia ipsa sibi quærunt ordinē: otia vero pauci disponere sciūt Superba pati. i. hominū superborū cōtumelias. Cōpescēda. Laertius, præcipiebat, inquit, & hsic. linguam semper quidē: sed in cōuiuio præsertim cōtinendam. Verbera linguæ. i. verbera. alluditq; ad etimologiā verbi, quod dicitur ab aëris verberatu. Mensa parata, quo tēpore vel maxime à turpibus verbis abstinendū est. Iuuenalis. hic nullus verbis pudor aut reuerentia mensæ. Nec carpas alios. Laertius,

Accipes aliter plura dolenda tibi.
Intentare minas noli, namq; esse minuti
Atq; pusilli animi: nec muliebre magis
Prōptius ad tristes casus veniemus amici:
Ex voto quā si res aget ille suas
Est humilis coniux modico ducenda paratu.

proximo dicebat non maledicendum: alioqui, audituros quæ nos mœrore conficiant. Nec carpas, id est, neminem absentem rodas: atq; illius æstimationi detrahas. Lacessas, id est, præsentem contumelijs prouoces. Accipies audies. nam vt ait Terentius: qui pergit dicere quæ volt, quæ non volt audiet. atq; illud Hesiodi, si quemquam verbo lædes, læderis & ipse. Intentare minas. *Laertius, nemini, dicebat, intentandas minas, esse enim muliebre.* Intentare *minas, id est, minari. alioqui & ipsum verbum intento. as. per se minari significat. Virgilius. i. Aeneid. præsentemq; viris intentant omnia mortem. Minuti & pusilli. i. timidi. Muliebre magis. i. minus virile.* Promptius. *Laertius. præcipiebat, inquit, promptius ad amicorum aduersos casus quam ad secundos successus accurrendum. hoc & ab illis præcipitur, qui de amicicia leges tradiderunt. interest tamen nostra: vt citius ad prosperitatem nostram quam ad aduersitatem amicos vocemus. sed in vtraq; fortuna necessarij sunt amici, vnde & necessarij dicuntur. quia in hominum vita nihil est magis necessarium. sine amicis. n. vt ait Aristoteles, nemo eligeret viuere. Est humilis coniux. Laertius, præcipiebat, inquit vxorem humilem modico apparatu ducendam. Modico paratu. Nam, si Aristoteles in economicis præcipit, mulieri vtendum*

esse

Nec maledicendum quos Libitina sacrat
Præcipue te ipsum catus obseruare memento:
Non contemnēdos de hinc venerare senes

esse veste atq; sumptu minori quam legibus permissum sit: multo magis id erit illi faciendum quæ est conditionis infimæ. Nec maledicendum. *Laertius, præcipiebat, in quit, mortuo non maledicendum. hoc est quod Plinius in proemio scribit naturalis histo. cū laruis hoc est cum mortuis non esse luctādum.* Quos Libitina .i. mors *est autem Libitina Venus, iuxta cuius templum, vt in problematis Plutarchus scribit, funeralia vendebātur Romæ. Sacrauit, id est, in digetauit, hoc est quod vulgo dicitur canonizauit, & est sumptum ex Horatio. 2. epistolarum: miranturq; nihil nisi quod Libitana sacrauit.* Præcipue te ipsum *Laertius, præcipiebat, inquit, honorādam senectutem, obseruandum seipsum, nos inuertimus, vt posteriorem sententiam prius, priorem posterius poneremus. Nam post deum nosipsos hoc est animum nostrum in primis colere debemus: deinde senes .i. eos qui nos ætate præcedunt: interquos primi debēt esse parentes.* Obseruare *.i. colere & venerari, huc pertinet illud sapientis, quicūq; tandem is sit. si deus est animus, vt nobis carmina dicunt, hic tibi præcipue sit pura mente colendus: quod ex Ciceronis sexto de rep. sumptum est.* Catus, *id est, sapiens. vnde Catones dicti.* Teipsum, *id est, animum tuum: qui est in te potior pars, immo vero totus quisq; est animus suus, vt Cicero illic dicit.* Non contemnendos. *nam sunt quidam senes, qui iure posśint contemni Senes. hinc apud Lacedæmonios maxime erat venerationi senectus: & apud maiores Romanos, dicente Iuuenale. venerabile erat*

præcedere

Detrimenta feras potius quã turpe lucellum.
Hoc etenim semper lædere, at illa semel.
Arridere viro, quem res fecere secundæ
Elatum, noli: crescat vt inde tumor
Fortis, mansuetus sic esto: proximus vt te
Non tam formidet, quam vereatur: ait.
Exuperãda tibi propria est iracundia semper;
Discendumq; domi rite præesse tuæ

præcedere quatuor annis. Detrimenta. *Laertius, dicebat, inquit, damnum potius quam turpe lucrum eligendum, id quippe semel tantum angere: hoc semper,* Lucellum. *diminutiuum à lucro.* Horatius. 1. *Epi.* Quid purè tranquillet honos an dulce lucellum. Hoc, *scilicet, lucrum, semper, quia conscientiam semper torquet.* Illa, *scilicet, detrimenta.* Arridere viro. Laertius, *dicebat, inquit, elato secundis rebus non arridendum, & cur illius superbiæ non est arridendum, ostendit dicens, ne tumor, id est, superbia crescat, inde, hoc est ex eo fauore.* Fortis, mansuetus, Laertius, *dicebat, inquit, fortem: mansuetum esse oportere: vt proximi non tam metuant quam reuereantur.* Fortitudo & *mansuetudo virtutes sunt morales in parte animi irascibili positæ: ad quas pertinet irasci in quos & quando & quantum & quas ob res oportet secundum* Peripateticos: *quod Stoici negant.* Exuperanda. Laertius, *dicebat, inquit, Vincendam esse iracundiam, discendumq; domui suæ rite præesse. Nam de iracundia, quæ est inimica rationi, nihil dubium, cohibẽdam esse ijs præsertim: qui gubernare debent cum rempublicam, tum priuatam. Eum præterea, qui paterfamilasi*

Cum mẽs depromat sensus, interprete lingua;
Fac cures semper premeditata loqui,
Execranda tibi sit diuinatio: siue
Vaticinantis erit: siue sit artis opus.
Difficiles factu res nunquam poscere debes.
Nec festinandum est: cum tibi fiet iter.

lias sit, manifestum est oportere rei familiaris rationem habere. Cum mens. Laertius, dicebat, inquit, linguam praeire animo non permittendam. Mens. mentis agitatio. Depromat sensus, id est, ea quae sensa & decreta sunt illi. Interprete lingua, id est internuncia, ex Horatio sumptum est in poetria dicente, post effert animi motus interprete lingua. Execranda. Laertius, dicebat, inquit, diuinationem execrandam. nam quod in omnibus codicibus ex impressione legitur diuinationem non execrãdam, pro non ego suspicor vero esse legendum. Vaticinãtis siue artis, nam duae sunt diuinationis species. Cicero de diuinatione. altera quae fit instinctu diuino, quae dicitur vaticinium: altera quae fit arte & nomine generis appellatur diuinatio. vtranq; execrandam aut non execrandam dicit. sed multo rationabilior est prior sententia. Difficiles factu. Laertius, dicebat, inquit, impoßibilia non appetenda. Ratio autem huius est, quia ea, quae à nobis fieri poßunt, cadunt in consultationem: impoßibilia vero & quae idem prope sunt difficilia, non cadunt, ex libro tertio Ethicorum. Nec festinandum. Laertius, dicebat, inquit, in via non esse festinandum, & hoc est, quia vt de magnanimo Aristoteles quarto Ethicorum scribit, motus eius tardus est, vox grauis, locutio firma, non enim properat, qui paucis ins

In medio sermone manus non est agitanda:
non bene sensati namq; putabat opus,
Iam promulgatis parendum legibus esse.
Atq; bono ciui semper amanda quies.
Aurifices Lydis explorant cotibus aurum
Auro mens hominum sæpe probatur ait.

cis intendit: neque vehemens est, qui nihil magnum putat In medio sermone. *Laertius, dicebat, inquit, interloquendum manum non esse agitandam: esse enim vecordium. Nam omnia membra obtemperare debent rationi: quod si aliter fit insipientiæ signum est. Persius. nil tibi concessit ratio, digitum exere peccas. ac si dicat in sola digiti exertione peccatum est: quia omnis motus inordinatus est vitiosus quemadmodũ in paralysi, ex. 1. Ethicorum.* Iam promulgatis. *Laertius, dicebat, inquit, obtemperandũ legibus, quietem adamandã. Iam promulgatis. quia antea quã lex promulgetur nullum habet vigorẽ: atq; si ex vtilitate reipublicæ non est: bonus vir intercedet atq; obuiabit legis rogationi. Amanda quies. nã qui aliter facit labefactat rempub. Cicero. 1. officiorum, ea velle in repub. quæ tranquilla sunt, talem bonum ciuem & sentire & dicere solemus. Refert Macrobius libro Satur. 2. cum venisset Augustus Cæsar in domum, quam habitauerat Cato: Strabo in adulationem Cæsaris male existimantis de Catonis peruicatia: ait. Quisquis præsentem ciuitatis statum cõmutari non volet, & ciuis & vir bonus est. satis, inquit, serio & Catonẽ laudauit: & sibi nequis affectaret res nouas consuluit.* Aurifices Lydis. *Laertius, inter cæteras, inquit, eius sententias hæc maxime placuit, qua dixerat, Lydis*

Iacturam ſemper comitatur ſponſio, ſed qui
Litigat, & debet, creditur eſſe miſer.

De Pittaco.

PIttacus Hyrradio nat9 Mitylenē patriam habuit, quæ vrbs eſt Leſbi inſulæ: cuius tyrannum Melanchrum profligauit. Phrinonē

cotibus aurum examinari & dare apertum ſui documentum, auro autem bonorum malorumq; hominum mentem, cuiuſmodi ſit, comprobari. Lydis cotibus, ſic appellantur lapides illi indices, quo gradus auri indicantur. Cotes autem Lydos vocari huiuſmodi lapides: neq; ſolitos inueniri niſi in flumine Tmolo Plinius autor eſt libro. 33. naturalis hiſtoriæ. Iacturam ſemper. Laertius, Chilonis, inquit, eſt ea ſentētiola, ſponſioni non deeſſe iacturam. Plinius libro. 7. non ſponſionem ſed litem eſſe miſeriam, comitem (inquit) eſſe miſeriam æris alieni atque litis. Sponſio, id eſt fideiuſſio. ſicut ſponſor fideiuſſor. Debet, id eſt, debitor eſt, atque in ære alieno.

¶ De Pittaco. hic patrem habuit Hyrradium, quem ex Thracia fuiſſe dicunt: patriam vero Mitylenem, vnam ex quinque vrbibus Leſbi inſulæ. Eſt autem Leſbos inſula contra Troada, diſtans à proxima continenti ſeptem mille quingentos paſſus. Tyrannum Melanchrum, qui inſulam tyrannide vexabat atque iniqua dominatione: ſed hunc cum Alcei fratribus ſuperauit, fudit, fugauitq;. Certaretur, id eſt. contentio eſſet inter Mitylenaeos & Athenienſes. Achillitidis agri. De eo namq; certabatur inter illos. Phrinonem

præterea ducem Atheniensium: cum de Achillitidis agri possessione certaretur: in singulari certamine implicitum reti superauit: agrumq; suis restituit. Cumq; post victoriam decem annos Mitylenæorum remp. tenuisset: magistratu se abdicauit, decemq; alios insuper annos vixit, de quo Callimachus ad Dionem.

Hospes Acarnites rogitauit Pittacum olim
 Sic Mitylenæum Hyrradioq; satum.
Magne senex, geminę cupiũt mihi nubere, quarum
 Et genere atq; opibus conuenit vna mihi,
Altera pręcellit, quid prestat consule, dicq;
 Vtra ex his potius sit capienda mihi,

nem, qui pancratiastes atq; olympionices, hoc est in olimpia coronatus victor. Reti implicitum. Hinc originem apud Romanos habuit ludus Mirmillonis & Retiarij, nam Mirmillo galea indutus pro crista piscem habebat, in quem Retiarius captans piscem rete iactabat dicens piscem peto, te non peto, in eo namq; stabat victoria. Callimachus poeta Græcus in epigrãmate quoddã ad Dionem. Hospes Acarnites. id est. ex Acarnania Epiri regione. Satum genitum, hoc est filium. Geminæ, id est, duæ fœminæ. Conuenit, id est, est conditionis æqualis mihi. Præcellit, id est. maioris est condicionis. Quid præstat, id est vtra est mihi conueniens magis, vt ducam. Baculum. appositiuè tela senilia: quia senum arma est baculus, quo innituntur. Tollens. quasi eo quod dicturus erat monstraturus: Expedient, id est, explicabunt & enodabunt pueri, quis pro

Hic baculum tollens sic tela senilia dixit,
Consilium pueri, quod petis, expedient
Quis celer in gyrum iactatus verbere turbo
Assiduo latis vertitur in triuijs,
I, sequere illorum monitus. sic fatur, at ille
Scitatur, referunt, tu tibi sume parem.
Quæ postquam audiuit: monitis puerilib9 hæ (rens
A magnis hospes abstinuit thalamis.
Atq; parem paruas lætus traduxit in ædes.
Sic Dion æqualem: si sapis ipse: cape.

Eius sententiæ sunt.

Signati argenti mittebat munera Crœsus,
Is tamen argentum noluit accipere

Turbo, qui à Græcis dicitur throcus. Celer. vnde à trecho quod est curro deriuatur. Verbere, id est, flagello agitatus. In triuijs. vbi pueri trocho ludunt. At ille, scilicet. hospes Acarnites. Scitatur, id est pueros interrogat. Referunt. pueri. Parem, id est illam vxorē, quæ tibi est æqualis conditione. Audiuit. hospes ille. A thalamis magnis, id est, vxore illa nobiliori ac ditiori. Sic Dion. ad hunc erat epigrāmma Callimachi, vt diximus, qui Dioni consuluit de ducenda vxore consulenti: vt exemplo Pittaci æqualem duceret.

¶ Signati argenti. Laertius. Crœso, inquit, pecunias ad se mittente accipere noluit: duplo se habere plura quam vellet contestans defuncto enim fratre sine liberis hæreditatem ad se pertinere dixit. Crœsus. rex Lydorum. Signati argēti, id est, in pecunias signa

Addidit & causas, duplo quia plura teneret
Quã cupit: extincto fratre quod auct⁹ erat
Ebrius & petulans si quenquam forte cecidit:
Is duplici pœna turpiter acta luat.
Est virtutis opus res ardua difficilisq;
Non facile est igitur cuilibet esse bono.

tas cõflati. Addidit causas. cur videlicet noluit accipere. Quod auctus erat, id est, factus ditior fratre mortuo, & sic teneret duplo plura, id est, duo tanto, quam volebat. Ebrius ac petulans. Laertius, Pittacum, inquit, ebrios, cum peccarent: duplici incõmodo afficiendos per leges statuit: vt cauerent temulentiam, abundat quippe vino insula Lesbos. Item Aristo. 2. Politi. fuit inquit Pittacus legum conditor: sed non in republica versatus, lex est propria illius: ebrior, si quem pulsauerint: maiori pœna damnari debere, quam si sobrij fecissent. Sed quomodo Aristoteles dicit, non fuisse in republica versatum Pittacum: si decem annis rempublicam Mitylenæorum administrauit? Sed forte hæc lex non sapientis huius: hoc est de numero septem: sed alterius minoris, qui fuerit legislator. Ebrius & petulans. ex Iuuenale sumptum est: qui ait, ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit. sunt autem petulantes. qui immodice atque intemperanter aliquid faciunt. Luat acta turpiter, id est, pro peccato soluat duplicem pœnam, quam si sobrius fecisset. causa autẽ est. vt ait Aristoteles, quod plures delinquunt ebrij quam sobrij, ideo legislator nõ ad id respexit, q, ebrius dignus est venia, sed ad vtilitatẽ. Est virtutis opus. Laertius, fertur, inquit, Pittaci sentẽtia: perdifficile est bonũ esse. nos aũt cur id fiat, causam adiecimus

Omnia posse Deum, iussit quodcunque volun-
Sed cursum fati non retinere solet. (tas:
Et qui priuatus potuisset forte latere:
Clara magistratus dat documenta sui.
Quæsitus quondam, quæ res foret optima, dixit
Quod nunc occurrit: vita beata puto.

cimus ex Aristotele libro secundo Ethicorum. Quoniam virtus & ars circa difficile versantur. Omnia posse Deum. Laertius: fertur Pittaci sententia, necessitati nec Deos reluctari. Iussit quodcunq; voluntas, id est, quidquid illud est, vult: sed nō idcirco mutat seriem fatorum: & ordinem causarum, nisi admodum raro & ex magnis quibusdam causis, & hoc est quod dixit necessitati id est, ex necessitate prouenientibus rebus: vt solem oriri atq; occidere. Et qui priuatus. Laertius: eius, inquit, sententia est principatus viros declarare. Hāc Aristoteles libro Ethicorum, 5. Biantis esse dicit: propterea inquit, videtur præclarum illud Biantis: magistratus virum ostendit, Multi enim, vt ille inquit, in proprijs virtute vti possunt, sed in ijs, quæ ad alium sunt, non possunt, ad alium vero & in communi magistratus geritur: nam eo magistratus à priuato differt: quod magistratus persona publica est, priuatus vero, qui magistratus non est. Quæsitus quōdam. Laertius interrogatus, inquit, aliquando quid esset optimum: quod impræsentiarū occurrit, bene agere respondit, nam quemadmodū Aristoteles. 1. Ethi. ait, bene viuere ac bene agere pro eodem accipiuntur ac fœlicē esse. Fœlicitas autē optimū ac summū ac perfectißimū est omniū rerum humanarum: quippe quæ omnia bona intra se cō-

plectitur

Tunc non immeritas quærit victoria laudes,
Cum tua funesto sanguine bella carent
Quiq; virum frugi quærēdum dixerat:inq̄t,
Si nimium quæras:non tamen inuenies.
Ecquid gratificum quærenti,tempora dixit,
Quid foret obscurum?qđ dea cæca premit
Quidq; fidele foret?quæ sustinet omnia teli9
Quid cōtra infidum?quæ fluit vnda maris.
Est prudentis opus casus vitare futuros.
Fortis,cum feriant tristia:posse pati.
Cum sis facturus quicquam,prædicere noli.

plectitur, Tunc non immeritas. *Laertius,dicebat, inquit, Pittacus,victorias sine sanguine acquiri debere:ac si dicat,non esse optandam victoriam,quæ sit multo sanguine constitura,nam inferēdi belli ratio vtilitati coniuncta esse debet.* Quiq; . *Laertius, Phocaico,inquit,dicenti quærendum esse studiosum ac frugi virū: etiam si valde,ait,quæsieris,non inuenies. hoc præceptum simile est superiori:non facile est igitur cuilibet esse bono.* Ecquid gratificum. *Laertius, percontantibus,inquit, quid nam sit gratificum: tēpus,ait.quid obscurum?futurorū euentus.quid fidele?terra.quid contra infidū?mare inquit.Gratificū.vtile simul ac preciosum, nā cū perit:nihili facimus,amissum vero diuitijs omnibus mercaremur Dea cæca.fortuna.Premit.i.abscōdit.cuius exitū ignoramus.* Est prudētis. *Laertius,dicebat,inquit,Pittacus,prudentiū virorū esse, priusquā aduersa cōtingāt:prouidere ne veniāt,fortiū vero,cū illa cōtigerint,æquo animo ferre.* Cum sis facturus. *Laertius, quod*

Quod si non facias: mox habeare leuis
Aerumnas alijs non exprobraueris vnquam:
Ne te consimilis forte querela premat.
Depositum potius quã mutua reddere debes,
Nec alium lędas: etsi inimicus erit.
Esto bonę frugi, verax, pius, atq; pudicus,
Et soliers, fidus, dexter amicus, ait.
Illius imprimis celebrauit Græcia dictum,
In quo, mortales tempora nosse, iubet.

inquit facere intendis noli prædicare. nam si facere nequiueris, ridéberis. Aerumnas. Laertius, infœlicitatem, inquit, nemini improperaueris: ne iuste querimoniæ pateas. q. d. ne in similem calamitatem tu quoq; si incideris simili ludibrio pateas. Depositum. Laertius, depositum, inquit, cum acceperis, redde. Aristotelis problema est, cur potius depositum quam mutuum reddendum sit. Nec alium lędas. Laertius, amico inquit noli maledicere: nec inimico quidem. hoc etiam religio nostra nos docet facere. Sed & Philosophia quoq;, dicente Apuleio. 2. floridorum philosophia me docuit non tantum beneficium amare: sed & maleficium. Esto bonæ frugi. Laertius pietatem inquit colas, frugi esto, pudiciciam, veritati stude, fidem, peritiam, dexteritatem, solatium, diligentiãq; custodi. Bonæ frugi. id est, frugalis & modestus. Nam frugi datiuum esse etiam Priscianus testatur. Illius in primis. Laertius, est, inquit, illius sententiola, tempus nosce. secundum illud Ecclesiastæ. capit. 3. omnia tempus habent. &c.

De Biante

De Biante.

Blanti pater fuit Teutam⁹, patria vero Prię-ne, egit causas: mortuusq́ est, cum causam pro amico dixisset, Nam cum a dicendi labo-re quieuisset, caputq́; in sinum ex filia nepotis reclinasset, audiuissetq́ secundum eum, cuius patronus fuerat, iudicatum: animam efflauit.

Eius sententiæ sunt.

Aduersus nulli: cunctis affabilis esto,
 Nam sic multorum est conciliandus amor:
Est validum corpus, naturæ munus amicæ.
 Si patriā serues: id rationis opus.

¶ *De Biante. Prienne. ciuitas Asiatica Thebanorum colonia. Egit causas, id est, fuit orator patronusq́; causarum acerrimus: Dicēdi labore, id est, cum causam perorasse. Secundum eum, id est, pro eo, quod est vulgo in fauorem illius: sic quoq́; iurisconsulti dicunt, si lis secundum me iudicata sit, id est, in fauorem meum sententia fuerit lata. Animam efflauit, id est, expirauit. Cicero primo Thus. animam agere, & efflare animam dicimus, pro eo quod est mori. Aduersus nulli. Laertius, placuerunt, inquit, istæ illius sententiæ cinibus, placere omnibus stude: habet enim id multum gratiæ: contra vero fastus ac superbia semper nocuit, iuxta illud Terentij in Andria. nunquam, inquit præponens se alijs, aduersus nemini &c. Est validum corpus. Laertius, placuit, inquit, & illa eius sententia, corpore quidem esse validum, naturæ munus est: porro quæ vtilia sint*

Ne mireris opes aliorum, pluribꝰ illas
Fortunam constat sæpe dedisse malis.
Infœlix, ait: est: hominumq́ miserrimus ille.
Fortunam aduersam qui tolerare nequit.
Quod fieri nō posse putes: nec amaueris vnq́,
Alteriusq́ malū, fac meminisse velis.
Ecquid difficile est? quærenti: fortiter, inquit,

siat patriæ dicere animi ac prudentiæ proprium. Comparat vires corporis, quod est naturæ munus, animi bona, quæ sunt virtutes: atq; magis has reipublicæ prodesse, quā illas. Naturæ amicæ, id est benignæ, quæ tecum liberaliter egit. Si patriam. quia salus patriæ magis stat ratione & prudentia quā viribus. Ne mireris. *Laertius, dicebat, inquit, pecuniarum copiam pluribus etiam forte obuenisse: hoc potest iungi superioribus, nā bona fortunæ, qualia sūt diuitiæ, non tam prosunt reipu. quam ratio & prudentia boni viri.* Non mireris, *id est, cum admiratione laudes.* Pluribus malis. *non igitur sunt ob diuitias laudandi.* Infœlix, ait, est. *Laertius, infœlicem, inquit, dicebat, qui ferre nequiret infœlicitatem: & reuera ita se res habet, nam qui totus ex fortuna pendet, neq; bonis honestis innititur, infœlix est.* Miserrimus. *idem quod infœlix est.* Quod fieri. *Laertius, dicebat, inquit. morbum animæ esse imposibilia amare & appetere: & aliena incommoda nō meminisse.* Quod fieri non posse, *id est, imposibilia.* Nec amaueris, *id est, non appetas. nam illa tantum appetenda atq; eligenda sunt, quæ cadunt in consultationē: atq; in nostra potestate possunt esse, ex libro. 3. Ethicorum.* Alterius malum. *simile est illi Thaletis, pericula, cū nos aliena monent.* Ecquid difficile? *Laertius, interrogatus. inquit, quid*

nam

Rerũm motus in deteriora pati.

Dum vehitur pelago, nauim iactãtib⁹ Austris,
Clamabat faciles impia turba deos:
pectora sedato cum sic ait ille: silete
Obsecro: ne vos hic velificare sciant.

Contemptor diuum quærebat & impius olim
Ecquid est pietas? retulit ille nihil.
Miranti causam, cur nam sic ille taceret:
Quæ nihil ad te, rem, pertinet, inquit, agis.

nam esset difficile? ferre fortiter, respõdit, mutationem in deterius Rerum motus, id est, mutationes. In deteriora, id est, in inferiorem conditionẽ decidere, atq; patienter id pati. & hoc quia vnusquiq; grauiter fert honore priuari, in Economicis Aristoteles. Dum *vehitur. Laertius, nauigabat, inquit, cum impijs aliquando, & cum coorta tempestate nauis quateretur fluctibus: illiq; deos inuocarẽt, silete, inquit, ne vos hic illi nauigare sentiant. Vehitur pelago, id est, nauigat. Iactantibus Austris. ex Horatio primo ser. Faciles. aut vt essent propicij & exorabiles: aut semper faciles, vt Vergilius, faciles venerare Napæas. Sedato. non perturbato vt reliqui. Sciant ac si dicat, si scierint, perijstis, cum impiorum oratio potius exacerbet deos, quã placatos reddat, iuxta illud, peccatori dixit deus: quare tu enarras iusticias meas?* Contemptor. *Laertius percontanti, inquit, impio homini, quid sit pietas, nihil respondit: cumq; ille silentij causam scicitaretur, quia de rebus, ait, nihil ad te pertinentibus quæris, hoc per quam simile est illi saluatoris nostri ex euangelio Ioan. xviij, quod interroganti Pontio Pilato, quid est veritas:*

Se quoq; malle duos inter censere inimicos,
Dicebat: quā si charus vterq; foret.
Alter enim mihi inimicus forte paretur:
At vero ex illis alter amicus erit.
Cum patria capta victor permitteret aurum
Pro se quisq; vehit: solus inanis abit.
Huic aliquis dixit: cur exoneratus abiret?
Cum sic ille refert: omnia porto mea.

nihil respondit: quia videlicet de re, quæ nihil ad se pertinebat: sciscitabatur. Diuum. pro diuorum. Pietas religio. Se quoq; malle. Laertius, dicebat, inquit, malle se inter inimicos quam inter amicos iudicare, quippe ex amicis alterum prorsus futurum inimicum ex inimicis autem alterum amicum. Sic. scilicet iudicando inter duos amicos. Ex illis. scilicet inimicis, inter quos arbiter fuero. Cū patria capta. Phāc ex Cicerone in aradoxis accepimus. à Laertio non ponitur, illud tamen refert: quod cum ab Aliatte Prienne illius patria obsideretur, Bias ex industria duos saginauit mulos eosq; in castra impulit: quibus conspectis obstupuisse regem, quod bruta quoq; animalia largas obsessorum copias præferrent: ac de soluenda obsidione cogitantem explorandi gratia nuncium in vrbem dimisisse: Biantem consilio regis explorato magnos arenæ aceruos tritico operuisse, hominibusq; ostendisse: eo agnito, regē cū Prieanensibus pacem percussisse: ex continenti regem Bianti vt ad se pergeret mandasse: illumq; dixesse, equidem res cepas edere æque ac flere iubeo. Victor. Aliattes rex Lydorum Inanis. vacuus. Omnia mea scilicet bona animi, quæ sola sunt bona.

Ecquid

Et quid dulce foret? scitanti, spes, ait ille.
  Hæc recreat vires, fessaq; mẽbra leuat.
Ec quid homo faciat gaudẽs? aliquãdo rogat⁹,
  Si quocunq; modo forte lucretur, ait.
Fac, vt sic miseræ disponas tempora vitæ:
  Ac si victurus sis nimis, atq; parum.
Sic & amandus erit, quem designabis amicum:
  Ac si post odio sis habiturus eum.

Ecquid dulce. Laertius, interrogatus ecquid esset dulce hominibus? spes, ait. adiecimus vero, quæ de spe poetæ ferunt: quod recreat vi vires: quia spe mercedis sustinent mercenarij labores diurnos annuosq; alioqui intolerabiles, spe libertatis sustinet captiuus compedes &c. *Ecquid homo?* Laertius, forte, inquit, interrogatus, quidnam faciens homo delectaretur? lucrans, inquit. *Quocunq; modo.* nam lucrum vndecumq; dulce est, secundum illud Iuuenalis, vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere: & illud Vespasiani ad Titum filium: bonus est odor lucri ex re qualibet. *Fac vt sic.* Laertius, dicebat, inquit, vitæ tempus ita metiendum, quasi diu & parum victuri simus, declamatio est ex contrarijs, sed sententia peracuta, vt si domum ædifices: ita debes præperare: ac si breuis sis victurus, ita firmiter ædificare, ac si diu sis victurus. *Sic & amandus.* Laertius, dicebat, inquit ita amandũ, quasi odio simus habituri: malos enim esse quam plurimos. Illud non satis mirari possum, cur Cicero in libro de amicicia tãtopere hãc Biantis sentẽtiã reprehẽdat: cũ præsertim ipse Cicero dicat, ab amicis honesta peti oportere: nã si virtus aut opinio virtutis

de alis

Quod facturus eris, cunctanter præmeditare,
Et decreuisti quod semel arripies.
Deq; dcis, vt sunt, sic te sentire decebit.
Et bene sensa bonis esse loquenda tibi.
Indignum, quia sit diues, laudare caueto.
Et, cape non violens, si quid habere cupis.

de aliquo est, quæ conciliat amicicias: si quisquam talis non fuerit, qualem opinabamur, oportet illius amiciciam dissoluere, quod etiã Cicero ipse dicit, & Bias significat dicens plures namq; esse malos. Quod facturus. Laertius, sic, inquit, consulebat: quodcunq; agere instituis, cunctabundus ac deliberandus arripe, ceterum in eo, quod elegeris: firmiter persiste. Aristoteles. 6. Ethi. ad consilium, inquit temporis spacium adhibetur: atq;, vt aiunt, celeriter agendum esse: consulendum autem morose. Cũctanter, id est, cum mora. Arripies. id est, celeriter facies. Deq; dijs vt sunt. Laertius, de dijs, inquit, ita vt sunt, loquere. Vt sunt. nihil videlicet de deo existimans, quod in naturam diuinam cadere non possit: vt quæ poetæ de dijs fabulantur: sed illa tamen fateri debemus, quæ optimus quisq; de deo sensit, scripsitq; & vt Aristoteles, referente Seneca libro. 7. naturalium quæstionum, nunquam verecundiores esse debemus, quã cum de dijs agitur. Bene sensa, id est, quæ boni viri senserunt. Indignum Laertius, indignum, inquit hominem diuitiarum gratia laudare noli: ratio autem huius est, quia sola animi bona merentur laudem, propter bona fortunæ nemo laudari est dignus: sicuti neq; e diuerso propter paupertatem vituperari. Et cape non violens. Laertius, persuadens, inquit, accipe, non cogens. sensus est. si quid habere vis

ab aliquo

Ascribenda tibi sunt quæ male feceris vnquã:
Quæ bene fecisti sunt referenda Deo.
Disce bonas artes miserisq; viatica canis.
Dicebat: firmas si tibi quæris opes.
Nobilis illius fertur sententia: plures
Ex hominum numero quæ putat esse malos.

De Cleobulo.

CLeobulus Euagoræ filius ex Lindo vrbe Rhodi fuit: siue, vt alij tradunt, ex Caria,

ab aliquo: potius id assequeris suadendo: quã cogẽdo, quod est violentiæ cuiusdam opus, violens, id est violenter. Ascribenda, Laertius, quodcunq; boni egeris, ad Deos refer, sic Horatius, hinc omne principium, huc refert exitum. nos vero adiecimus, mala nobis imputare debere: quod est consequens ad Biantis sententiam. Disce bonas. Laertius, viaticum, inquit, tibi ab adolescentia ad senectutem sapientiam compara, ea quippe sola est certa veraq; possessio. Viatica. sunt impensæ, quæ parantur itineri faciendo: sed quia hæc vita quasi via quædam est: sapientia est viaticum certissimum, cætera omnia incerta. est autem ex Persio sumptum hoc hemistichium: petite hinc: inquit, iuuenesq; senesq; finem animi certum miserisq; viatica canis. canis igitur, id est, senectuti canæ. Nobilis. Laertius. Biantis, inquit. est sententia, plures mali sunt. similis est hæc illi Pittaci. quiq; virum frugi quærendum dixerat, inquit, si nimium quæras non tamen inuenies. & illi præterea, non facile est igitur cuilibet esse bono.

¶ *De Cleobulo. Ex lindo. Lindus oppidum fuit vnum ex tribus*

 insulæ

insigni corporis specie atque viribus Scripsit autem ænigmata atque sententias obscuras ad tria millia versuum: quale est illud.

Est vnus genitor, nati bona pignora bis sex
Triginta cuiuis natę, sed dispare forma
Hæ niueę aspectu, nigręque coloribus illę,
Atque immortales oẽs moriuntur ad vnam.

Eius sententię sunt.

Copia verborum rerumque inscitia versat
Mortales: tempus perficit atque sapit.

insulæ Rhodi ex Caria. regio est Asiæ continẽti contra Rhodum posita. Aenigmata. vulgo est quæstio, qualibus pueri & mulierculæ pensa trahentes ludere consueuerunt. Est vnus genitor. Hoc ænigma poeta noster elegantissimè expressit dicens ad Marchionem sanctæ Iulianæ Inicum Lupum Mendoça.

¶ Dezid me caudillo y luz de discretos
Qual es el padre señor si se suena
Que ha de los hijos entera dozena
Y de cada vn hijo ha treynta nietos:
Son a metades blancos y prietos. &c.

Est autem genitor annus, filij vero duodecim menses, quorum filiæ sunt dies discolores propter lucem & tenebras: sunt autẽ dies immortales in specie: mortales vero in numero. Copia verborũ Laertius: imperitia in hominibus maiori ex parte dominatur: & multitudo verborum: sed tẽpus sufficiet sentire atq; sapere. hanc in glossematis artis grãmaticæ pluribus disseruimus operis proœmium

Est mulier sensu: virgo est ætate locanda
Filia: moratam quod prius esse decet.
Officio charum magis efficiem⁹ amicum,
Munere non charos demeruisse potes.
Egressure domo tecum prius ipse voluta
Quid sis facturus: quid quoq; non facies.
Retuleris cum forte pedem tecum acta recẽ
Quid recte quid non feceris ipse boni. (se,
Corporis est moles multa mercede domanda:
Quod sibi, q̃ menti cõmoda multa parit.

mium enarrantes. Est mulier sensu. Laertius: filias, inquit: dicebat nuptui locare oportet ætate virgines: sed prudentia & sensu mulieres: docens per id, virgines quoq; erudiendas esse. Mulier *& virga differunt: quia mulier est corrupta: virgo integra: est & illa differentia: quod mulier est ætate matura: virgo ætate florida & sic hoc loco accipitur. aliquãdo mulier sexũ tantũ dicit: vt in lege illa: si mulier ita est arcta: vt mulier fieri nõ possit.* Locãda. *i. viro tradẽda.* Plautus *in* Aulu. *Filiã habeo grandẽ illocabilẽ. i. sine dote. Officio Charũ. Laertius, dicebat: inquit: amicos beneficijs fouendos: vt amiciores sint: inimicos autem amicos faciendos. Officio, quod amicus amico præstat.* Demeruisse. *id est beneficio obligare. Ouidius: crimine te potui demeruisse meo. Egressure. Laertius: dicebat: inquit: & illud: antequam domo quis exeat: quid acturus sit apud se pertractet: rursus cum redierit: quid egerit recogitet. o egressure. id est qui egressurus es.* Voluta. *cogita. simile* Vergilius *in viro bono. Corporis est. Laertius:*

Nil audire nocet: nocuit semperq; nocebit:
Cum sine delectu verba loquentis eunt.
Blandicijs non est, nisi desipis, vxor agenda.
Obiurgare tamen hanc sine teste decet.
Atq; hylarem vino seruum punire caueto:
Cum serui merces sit cibus atq; merum.

consulebat, inquit, corpus rite exercẽdum. nam per otium corpus luxuriare solet: atque è contrario per labores in bonam frugem tẽdere. Moles corporis, id est, corpus, quod molestum atque onerosum est animo. Multa mercede, id est multo labore. ex Vergilio. 2. Geor. de vitibus, cogendæ in sulcum ac multa mercede domandæ. nam quia merces datur labori, alter pro altero ponitur. Sibi. ipsi corpori. nam moderata exercitatio tum corpori tum animo vtilis est. Nil audire nocet. Laertius, consulebat, inquit, audiendi magisquã loquendi studiosum esse oportere. Taciturnitatis præcepta complura sunt atque imprõptu. comparat itaq; hos duos sensus loquendi, scilicet atq; audiendi: quorũ alter nunquã nocuit per se, alter vero sæpe: quod fit cum loquimur sine delectu, id est electione verborum. Blandicijs non est. Laertius, consulebat, inquit, eum muliere neq; blandicijs agendum, neq; præsentibus extraneis iurgandum: est namq; vtrunq; vitiosum. Vxor agenda, id est tractanda & regenda. Sine teste, id est corã alio quocunq;: nã illud est, quod egerrimè ferũt mulieres. Atq; hylarẽ. Laertius, cõsulebat, inquit famulũ vino hylarẽ nõ puniendũ: videri enim id dementis esse. Hylarẽ. non omnino ebriũ: nã sic castigãdus est. Cũ serui merces. hoc ex Aristotele in Oeconomicis: restat, inquit, vt opus faciendũ ser-

Quæ tibi sit dispar: vxorem ducere noli.
Affines dominos namq; habiturus eris.
Extollat ne te rebus fortuna secundis:
Sed nec aduersis deprimat illa, caue.
Fortunæ motus patienter ferre memento:
Præsertim si nō culpa sit vlla tua.

De Periandro.

PEriander Cypseli Corinthiorum tyrāni filius, & ipse quoq; ei⁹ vrbis dominationem exercuit annis quadraginta: obijt autem octo

no tribuatur. & cibus sufficiēs, sine mercede enim dominandū nō putant: meces aūt seruētibus cibus est. Quætibi. *Laertius, cōsulebat, inquit, vxorē sibi parē deligendā: nā si clariorē te duxeris, affines dños habebis.* Affines *dños. quia ex illorū voluntate, nō ex tua vxorē tractabis. Sūt autē affines propinqui vxoris tuæ, & est sentētia similis illi* Pittaci. Extollas ne te. *Laertius, dū secūda in fortuna arridet, superbire noli: aduersa perstrepēte noli frangi. hoc aūt præstat æquanimitas inter vtramq; fortunā.* Fortunæ motus. *Laertius, fortunæ mutationes fortiter perferre disce.* Culpa tua, *hoc ex aliorū sentētia adiectū est. nā in aduersitatibus illa est præcipua cōsolatio, si nō sumus causa nostræ calamitatis.*

¶ De Periandro. Cypseli. *qui fuit ex* Heraclidarum *genere.* Corinthiorum. *atque etiam totius* Arcadiæ, *est autem in* Pelopōnesi Isthmo Corinthus *non longe ab* Arcadia. Satellitio, *id est, satellitibus. vt seruitium pro seruis. ministerium pro ministris, sunt autem*

genarius. Hic primus omnium satellitio stipatus ad corporis custodiam incessit. Sunt qui dicant, alium fuisse Periandrum sapientem patria Ambraciotam, alium vero Corinthiorum tyrannum: atque ex cognomine ortum esse errorem, vt tyrannus sapiens putaretur.

Eius sententiæ sunt.

Nummorum causa studiosus nil facit vnquã:
Cum sit turpe lucrum: nilq; decoris habens.
Qui tuto regnare voles: annitere ne tam
Armatus miles: quam tueatur amor.

Satellites, qui armati aliquem tutelæ gratia stipant: hoc est vndiq; circundant: vnde & stipatores quoq; dicuntur. Ambratiotam, ex Ambratia vrbe Epiri. Nummorum causa. *Laertius, Periandri, inquit, est: nihil pecuniarum gratia agendum. oportere enim, qui honestus sit: non lucrari. Causa autem huius est, quia lucrum habet in se annexam turpitudinem: cum sine alterius iactura fieri non posit. sola aut agricultura aut reip. merces potest hominem defendere ab illa infami appellatione cerdonis, hoc est eius qui lucri causa quidpiam facit. Studiosus. vir bonus & virtute præditus. Decoris, id est, honestatis. nam lucrum non est propter se, sed propter aliud.* Qui tuto. *Laertius, dicebat, inquit: qui tuto regnare vellẽt: summa ope nitendum, vt beneuolẽtia non armis stiparentur. ex quo videtur, eundẽ esse tyrannũ, & qui sapiẽs est habitus: quandoquidẽ de tyrãnide tã crebro loquitur: vel maxime id probat, quod de tyrãnide interrogatus paulo post respõdit. Armatus*

Forte rogabatur, cur pergeret esse tyrannus:
Quando tyraunis erat sic odiosa sibi?
Respondit: quia nõ possum nõ esse tyrãnus
Quod, cui me credam: nullus amicus erit.
Dulce quies homini, temeraria vita periclis
Obuia, sed domini pessima conditio est.
Esse immortales, idem dicebat honores,
Narc voluptates: atq; Perire breui.
Nec te difficilem dulci præbebis amico;
Siue sit is fœlix, siue sit ille miser.

tus miles.i.satelles. Amor ex populi beneuolẽtia cõparatus. Forte rogabatur. *Laertius, rogatus, inquit, aliquando cur in tyrãnide persisteret? quia, inquit, & spõte & inuitũ cedere æquè periculosum est. Cur pergeret.i.perseueraret.* Quando *pro quoniã.* Non possum nõ esse.*i.in manu & potestate mea nõ est.* Cui me credã.*i. cõmittam, & in quo possim fidere. & est sumptũ ex Cice. 5. Thusc. quæst. de eo, quod Dionysius Syracusanorũ tyrãnus simili modo interrogatus respõdit.* Dulce quies. *Laertius, bona, inquit, dicebat quies est, ac piculosa temeritas. Quies.i. trãnquilla & quieta vita est dulce.i.dulcis. tali.n. vitæ nullus impẽdet metus. Vita temeraria i. quæ est fortunæ subiecta. qualis est tyrãnorũ. hinc sequitur: q̃ cõditio.i. status tyrãni est pessimus oĩm.* Esse immortales. *Laertius voluptates, inquit, corruptibiles sunt, honores aũt immortales Honores.i. eos qui debẽtur virtuti: nã qui aliũde proueniũt inanes sunt. Narc.i. natare & fluctuare, & breui tẽpore perire.i. corrũ.* Nec te difficilẽ. *Laertius, amicis, inquit, & fœlicibus & infœ*

 licibus

Redde fide summa; quidquid promisseris ulli
Nec secretum animi prodere verba sinas.
Non modo qui peccat: verum peccare volēte
Puniat is iudex, qui bonus esse volet.

De Anacharsi.

ANacharsis Scitha Gnuri filiūs ex matrē vero Græca inter septē annumeratus est. Is cum Athenas venisset: factusq; esset Soloni familiarissimus in Scythiā rediit. Vbi cum patrias leges Græcis mutare vellet: a fratre Caduido qui apud Scythas regnabat, per speciem venationis sagitta confixus interiit.

Eius sententiæ sunt.

Est mirum, fertur, dixisse, quod inter Achiuos
Artifices certant. iudicat artis inops.

& infœlicibus eundem te præbe. Nec difficilem, immo tractabilem. redde fide summa. Laertius, quodcunq;, inquit, pollicitus fueris serua. & interloquendum caue ne secreta pronuncies. Fide summa, id est integra. Martialis, ille fide summa teste sua vina remensus. Non modo qui. Laertius, dicebat, inquit, non peccantes modo, verum & gestientes puni.

¶ De Anacharsi, Scyta. sagitta confixus. sunt qui Græco ritu sacrificantē tradant occisum. Est mirum. Laertius, mirari, inquit, se dicebat: quomodo apud Græcos artifices certarent: iudicarētq;

qui

Et quod lex, qui se maledictis forte lacessunt,
Punit, & athletas censet honore deum.
Tris vuas vitis fert: quarum prima voluptas,
Ebrietas post hanc, tertia mœsticia est.
Quo pacto quisquã posset non ebrius esse
Forte rogabatur, consiliumq́; dedit.
Qui nimio vino titubantia verba notabit,
Et turpes motus: hic erit abstemi9.

qui opifices non essent. Achiuos. Græcos. **Artis inops**, *id est, qui nõ sit artifex. hoc etiam fere hodie fit: quod omnes artifices, sed & literati parant se iudicio vulgi potius quam sapientum. Tertullianus in Apologetico de musicis dicit, Anacharsim hoc dixisse: quod certantes de musica faciunt iudicem populum.* Et quod lex. *Laertius, mirari, inquit, se dicebat, quid sit quamobrem Græci aduersus eos, qui se iniurijs lacessunt, legem ferentes: athletas, cum seinuicẽ feriunt, honorãt. ordo est, mirari se se dicebat: quod lex punit eos, qui lacessunt se, id est, prouocant maledictis: atq; è diuerso censet. id est, dignos putat athletas, id est, pugiles honore deum pro deorum: nam olimpionicæ, id est, in Olimpia victores coronabãtur: qui honor diuinus habebatur. Hora. primo car. palmaq; nobilis terrarum dominos euehit ad deos.* Tris vuas. *Laertius, huius, inquit, dictum memoratur, vitem vuas tris ferre. primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris. Apuleius. 4. floridorum, sapiẽtis, inquit, viri super mensam celebre dictum est. prima inquit cratera ad sitim pertinet, secunda ad hylaritatẽ, tertia ad voluptatẽ, quarta ad insaniã.* Quo pacto quisquã. *Laertius, rogatus, inquit,*

An ne forent plures extincti qua perituri
Ex hominum numero? forte rogatus erat.
Cum sic ille refert scitanti: dic mihi quæso
Inter quos nautas annumerare velis?
Cumq; insultaret iuuenis non sobrius illi,
Sedato vultu talia verba refert.
Si temetum iuuenis nõ fers: dic pocula lymphæ
Confectus senio qua ratione feres?
Cuidã exprobrãti Scythicis quod natus in oris
Esset: respondit talia verba senex:
Nũquã est, aut dabitur, pbro sua patria cuiq;
Attice tu probro semper eris patriæ.

quo pacto quis abstemius fieret: si turpes, inquit, ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. Abstemius. qui à temeto hoc est vi no se abstinet penitus. nos penultimam breuiauimus, cum ab alijs longa ponatur, quoniam temetum primam breuiat. An ne forent *Laertius, interroganti, inquit, vtrum plures sunt viui quam mortui? nauigantes, inquit, vtra in parte constituis? hanc* Plato in Axiocho Bianti *attribuit. sic dialectici præcipiunt, quæstiones insolubiles ioco dissoluere.* Cumq; insultaret. *Laertius, ab adolescente, inquit, conuiua passus contumeliam, adolescens, inquit, si modo cum iuuenis es vinũ nõ fers, quando senueris, quomodo aquã fers. q. d. si adolescens ebrius es, quid facies senex. Confectus senio, id est, debilitatus.* Cuidam exprobranti. *Laertius, exprobranti, inquit, sibi* Attico, *quod* Scytha *esset, non mihi quidem ait pobro est patria: sed patriæ tu,* In oris Scythicis. *nã vt diximus, ex patre Scytha*

Scitanti quæ nam est nauis securior: inquit.
Venerit in portus quæ sine labe suos.
Dicenti nauem tenui cõstare tabella
Id spacium nautis est mora mortis ait.
Ec quæ res homini foret optima, q̃ mala rursus
Quæ nocet: aut pdest, garrula lingua, refert.
Ex multis vnum tibi delige cautus amicum
Ne tuus in plures languidus erret amor.

tha & matre Græca est natus. Sua patria. hoc simile est illi, quod Plato in primo de rep. scribit, & Cicero in Lelio mutuatus est. Themistoclen, inquit, ferunt, Scriphio cuidam in iurgio respondisse, cũ ille dixisset, non eum sua sed patriæ gloria splendorem assecutum non Hercule, inquit, si ego Sciphius essem: ignobilis essem, neq; si tu Atheniensis esses, clarus vnquam fuisses. Attice. nã Atticus erat, qui patriæ ignobilitatem illi exprobauerat. Scitanti. Laertius, percontanti, inquit, quæ nam esset securior nauis: ea, respõdit, quæ in portum venerit. Sine labe, id est, incorrupta & integra. Portus suos, id est, optatos. sic Ouidius, vento nauiget ille suo. Dicenti nauem. Laertius, cum didicisset, inquit, quatuor digitos nauis esse crassitudinem, inquit, morti propinqui sunt, qui nauigant. Tenui tabella. Iuuenalis, nunc & ventis animam committe dolato confisus ligno, digitis à morte remotus quatuor, aut septem si sit latissima teda. Ecquæ res homini. Laertius, rogatus quidnã esset hominibus bonũ ac malum: lingua, inquit. nã quemadmodũ esse potest causa multorũ bonorũ: ita ediuerso multa mala disseminare p̃ot. Ex multis vnum. Laertius, melius inquit, aiebat, est amicum vnum

egregiũ

Iudiciale forū res est fallentibus apta,
Hinc & auariciæ maxima causa sub est.
Fac tribus abstineas his, lingua, ventre, pudēdis
Ipsius inscribunt semper imaginibus.

De Misone.

MIson Strymonis filius, patria Chenæus, & ipse â quibusdā inter septē numeratur Nā & Plato in Protagora illū pro Periādro cō

egregium, quam gregarios multos possidere. hoc etiā ex doctrina Aristotelis dictū est, qui amiciciā proprie dictā atq; vt est affectus non virtus ad paucos est: immo vero ad vnū duntaxat. Iudiciale forū. *Laertius, forum, inquit, ad fallendum inuicem, atq; ad dandas auariciæ manus locū destinatū. & profecto ita rem sese habere quotidie experimur in rabulis & leguleis: nā iure cōsultos offēdere hoc nūc nō est mihi in animo. Memēto hoc in loco illud* Diogenis *de duobus rabulis.* Fac tribus abstineas. *Laertius, Inscribitur inquit. ipsius imaginibus lingua, ventre, pudendis continendum est. hoc autem dictum sub illius imaginibus ideo scribebant: quod forte hæc illius sententia maxime placuit, quòd videbatur homines ad tēperantiam hortari, cuius materia est, vt* Aristoteles. 2. & 3. Ethi. *scribit, cibus, potus, coitus. vt tamen* per linguam intelligamus duo *illius officia, alterum, quo est ministra gustus, alterum, quo sermonis instrumentum.*

¶ De Misone. *Chenæus. alij dicūt et* Oeteus *ab* Oeta *mōte. alij* Eteū *à pago Laconiæ.* In Protago. *in dialogo, qui sic inscribitur nō* Pytha. *in pro*

ſtituit: & Apollinis oraculo ſapiētiſsim⁹ eſt iu-dicat⁹. fuit autē q̄d ipſum nomē innuit, moraliū oſor. vixit autē annos ſeptē & ſeptuaginta.

Eius ſententia eſt.

Ille per æſtatis mediæ graue tempus aratro
Aptabat ſtiuam: cui Anacharſis ait.
Ante diem properas o Miſon mun⁹ aratri.
Ille refert: properat munera nemo ſatis.

De Epimenide.

EPimenides Pheſti filius, patria Cretenſis ex vico Gnoſo, pro eleobulo inter ſeptem nu

in prologo geneſis mendoſe legitur. Pro Periādro, *loco* Periandri, *de quo ſupra* Apollinis orcaculo. *nam fertur,* Pythiam, *cū ab* Ana charſide *quæreretur, quis nā ſe eſſet ſapientior, reſpondiſſe,* Oetū *quendam* Niſonem *ſiue* Chen. *eum ſe ſapientiorem eſſe hoc illum oraculo ſolicitatum vicum perueniſſe, eumq́; inueniſſe.* Ipſum nomē *nam* Miſon *oſor interpretatur: qui autem oſor hominum eſt à græ cis miſantropos dicitur.* Stiua aratri *eſt capulus.* Ante diem. *ante tē pus.* Munus. *officium.* Properat nemo. *ſenſus eſt, nemo ante tempus facit, quod aliquando facturus eſt, & eſt ſumptum ex* Martiale. *properat viuere nemo ſatis.*

¶ D Epimenide. *Pheſti filius. alij dicunt* Doſiadæ, *alij* Ageſarchi. Gnoſo. *oppido* Cretæ. In antro obdormiuiſſe. *Nam cum à patre, vt ouem rure deferret, miſſus eſſet meridiano tempore, ſeceſsit in ſpe*

culā

meratur: sunt, qui dicant, hunc in antro obdormiuisse annos septē & quinquaginta: atq; experrectum, cum rerum omnium faciem miratus esset: a iuniore fratre iam vetulo agnitum esse. Sunt, qui dicunt, illum non obdormiuisse: sed ad tempus secessisse: vigit annos centum quinquaginta septem, scripsitq; in carmine opera complura: sed, quod legerim, nullum extat dictum, nisi quod Paulus Apostolus in epistola ad Titum huius implorat testimonium illum appellans Prophetam, dicens. Cretes as

luncam dormitum. Experrectus quæsita oue & non inuenta ad patrem rediit, & inuenit omnia ex pristinia forma immutata. Fratre iuniore quam ipse Epimenides erat sed iam vetulo. In epistola ad Titum cap. pri. dixit quidam ex illis proprius ipsorum Propheta. Cretenses &c. Cretes. Cretenses. Nam Cres Cretis ab illis atq; a nostris declinatur. Ai, est semper. vnde aizous herba quæ semper viua. Pseustæ. mendaces. vnde & pseudo. cacos. interpretatur malus. therion. fera. Argi. tardi siue pigri. Cres mutauimus autem carminis necessitate pluralem in singularem. Obesum autem, id est, pinguem, pro pigro posuimus id quod præcedit, pro eo quod sequitur. hoc hemistichium, Cretenses semper mendaces, vt ait Hieronymus ad magnum oratorem vrbis Romæ, postea Callimachus poeta in hymno ad Iouem vsurpauit. sed qua parte Cretenses mendaces appellant omnes poetæ Græci & Latini: nos veraces dicimus, illi namq; mendaces dicuntur: quod Iouis sepulchrum

pulchrum

pseustæ, cacatheria, gasteres, argi, quod carmen heroicum diuus Hieronymus sic intetpretatur Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. nos vero addita metri necessitate sic. Cres semper mendax, mala bestia, vēter obesus

pulchrum apud se dicunt esse: cum in cœlo regnare putaretur. Ouidius in amoribus. Cretes erunt testes, nec fingunt omnia Cretes. Idem alibi: nota loquor, non hoc, qui centum sustinet vrbes, quanuis sit mendax, Creta negare potest. Lucanus quoq; libro. 8. tam mendax, magni tumulo quam Creta tonantis. & Papinius primo Thebaidis, ad Iouem, mentitaq; manes Creta tuos. estq; apud Græcos prouerbium ad Cretem cretizare, quo significatur, ad mendacem vti mendacio. quod igitur est mendacium illorum? quod scilicet dicunt apud se esse Iouis sepulchrum in vico Gnoso cum hac inscriptione Græcis literis, zeus cronu. hoc est, Iuppiter, Saturni, subaudi filius. Quam rem & Euhemerus autor antiquus: & qui fuit è Messana ciuitate, scripsit in in sacra historia, quam Ennius poeta in latinum vertit. citaturq; à Varrone in primo de re rustica, & ab Eusebio, Augustino & Lactantio: qui libro etiam primo diuinarum institutionum multa de hoc auctore deq; hoc Cretensium mendacio plura dicit, citatq; multos illius versus. Cipryanus etiam martyr in libro de origine & generibus idolorum, antrum Iouis, ait, in Creta mutitur, & sepulchrum eius ostenditur.

¶ De

De Pherecyde.

PHerecydes Badis filius Syrus cognomina- tus a nonnullis inter sapientes numeratus est primusq; omnium de natura rerum deq; diis scripsit, atq;, vt Cicero putat, primus om nium dixit animos hominum esse immortales Extat ad hunc, Thaletis epistola: in qua osten dit se velle ad illum nauigare: vt differẽtem de rebus diuinis audiat, perijt consumptus phthi ria si, hoc est morbo pediculari.

ostenditur. De Pherecyde. *Syrus. nam quidam fuit è Syria, vt quidam putant, sed è Syro insula, vt autor est* Strabo *&* Laertius: *non dico è Scyro, in qua regnauit* Lycomedes Didamiæ *pater atq;* Achillis *socer. producit autem primam* Syrus. De natura rerũ *& dijs. seruabatur, inquit,* Laertius, *ad sua tempora libellus* Pherecydis Syri *de rerum principio, cuius initium fuit:* Iupiter *quidem atq; tellus & tempus erant semper.* Cicero putat *libro primo* Thusculanarum *quæstionum, huius inuentionis autorem* Pythagoram *fuisse, scribit diuus* Hieronymus *ad* Ruffinum. *alij ad* Thaletem *referunt.* Thaletis epistola. *sed et illius ad* Thaletem, *in qua significat, quo morbi genere tabesceret scilicet phthiriasi, hoc est morbo pediculari. Nam phthir pediculus interpretatur. hoc etiam morbi genere perijt* Sylla *dictator, &* Herodes *ille, sub quo saluator noster natus est.*

AELII ANTONII NEBRISSENSIS IN VAFRE DICTA PHILOSOPHORUM, Liber secundus incipitur.

PHilosophiæ Ionicæ, quemadmodum initio diximus, autor fuit Anaxymander Thaletis Milesij discipulus: Anaxymãdro successit Anaxymenes, cui Anaxagoras: atque huic rursus Archelaus, qui Socratē docuit, a quo ethice primum est inducta. Socratis auditores fuere complures. Sed imprimis Aristippus, Xenophon, Antisthenes, & Plato: qui primus veterem academiam instituit. Cæteros, qui sequntur, quia recentiores sunt, omisimus.

De Anaximandro.

ANaximander patrem habuit Praxyadē patriam vero Miletum: cuius preceptor

¶ *Liber secundus philosophiæ Ionicæ, nam Italicæ fuit Pythagoras. Anaximander. qui à Græcis dicitur Apaximandros. sic illi Alexandros, nos dicimus Alexander.*

¶ *De Anaxymãdro. Esse infinitum, &c. Laertius, Anaxymãdri, inquit, est illud principium & elementum immensum hoc & infinitum*

fuit Thales Milesius quoq;. Obijt diem suum cum ageret annum ætatis quartum & sexagesimum.

Eius sententię sunt.

Esse infinitum primum nec posse moueri
Principium: partes sed fluitare tamen.
Cœlestem spheram est ausus describere: cuius
In medio tellus orbiculata foret.
Primus & errores lunæ sensisse putatur:
Quæ vario vultu fratris ab orbe nitet

nitum esse: & partes eius immutari: totum vero immutabile durare. Ordo est. Anaxymander dicebat: primum principium esse infinitum, nec posse moueri: quia quod infinitum est per se immobile est: sed illius partes partes fluitare, id est moueri. Cœlestem spheram. Laertius, dicebat, inquit, medio loco terram centri instar constitutam, globosamq; esse ac rotūdam. Ausus. quia primus hoc inuenit: quod terra esset im medio spheræ siue mundi. Orbiculata. globosa & rotunda, idq; necessario factū, quoniam est grauis & nutu suo ad centrum tendens conglobari necessario debet. Primus & errores. Laertius, dicebat, inquit, lunam falso lucere lumine splendoremq; à sole mutuari. Errores, id est motus errantes in cælo: vnde etiam planetæ dicuntur latinè erraticæ stellæ siue errones. Vario vultu. nunc noua & corniculata, nunc diuidua atq; lumine dimidiata, nunc plena: & hoc vario aspectu, quem habet ad solem, quem poeticè fratem appellant: quoniam Apollo & Diana ex Ioue & Latona dicuntur geniti. Primus & hic terris.

Primus & hic terris æquauit lampada Phœbi
Quodq; idem puro purior igne foret.
Primus & hic radio descripsit gentibus orbem
Fluminaq;, & montes, oceaniq; sinus.
Huius opus gnomon & vasa horoscopa. nāq;
Indiscreta prius tempora lucis erant.

Laertius, dicebat, inquit, solem terræ æquare magnitudinem & esse ignem purißimum. Lampada Phœbi, id est, splendidum globum solis. Aequauit terris. Ptolomæus & Alphraganus diametrū terræ quinquies & semis diametrū solis metiri dicit: vt sit sol maior quam terra centies sexagies sexies. Purior igne. Plato atq; ante illum complures philosophi materiam cœlestem igneam posuerunt nedum solem. Primus & hic radio. Laertius, primus inquit, Anaxymander teræ marisq; circuitus descripsit & sphæram insuper construxit. Radio. virga, qua Geometræ faciunt descriptiones. sic Vergilius in Buco. Descripsit radio totum qui gentibus orbem, id est, Cosmographiam designauit. Sinus Oceani, id est quatuor illa maria, quæ terram continentem irrumpunt, scilicet nostrum, Arabicum, Persicum, Caspium. Huius opus. Laertius, horoscopia, inquit, fabricatus est primus Anaxymander. Plinius libro secundo non Anaxymandrum: sed Anaximenem Anaxymandri discipulum horologium sciotericum, id est vmbratile primū Lacedæmoniæ ostēdisse tradit. fuisse autē horologiū sciotericon, hoc est solare siue gnomicū ante Anaxymenē, vt vult Plinius, siue Anaxymādrum vt Laertius manifestum est, ex eo quod

Hic tropicos primus docuit trāsuersaq; signā
Qua Pœbus totiens itq; reditq; viam.
Dum canit a pueris irrisus forte: canendum est
Ob pueros inquit dulcius ergo mihi.

De Anaxymene.

ANaxymenes Euristrati filius patria quoque Milesius fuit: atq; Anaxymandri au

scribitur. 4. Reg. cap. 20. de horologio Acham in ægrotatione Ezechiæ regis: quod tempus est ante Anaxymandrum ducentorum circiter annorum. Gnomon latine appellatur vmbilicus, vulgo cartabon. cuiusmodi est figura, quam facit stilus rectus soli expositus cum sua vmbra. Vasa horoscopa. horologia ex aqua siue ex arena. vasa quoq; horoscopa Plinius lib. 2. eodem appellat horologia vmbratilia. Hic tropicos. Laertius, gnomona, inquit, inuenit: quo solis conuersiones & equinoctia notaret. Tropicos, scilicet cancri & crapricorni. hoc est solstiuium æstiuale & hyemale. Transuersa signa, id est obliqua, scilicet zodiacum. Vergilius. 1. Georg. obliquus qua se signorum verteret ordo. Dum canit. Laertius, aiunt, inquit. Anaxymandrum canentem à pueris irrisum: eoq; comperto dixisse: canendum ergo puerorum causa modulatius est. hoc est quod Anachersis se mirari dicebat: quod apud Græcos musici certabant inter se: & iudicabant artis musicæ imperiti.

¶ *De Anaxymene. patria quoq; Milesius: sicut & superiores. Sardis captæ sunt à Cyro Persarū rege: opera Mardi cuiusdam, cui*

tor Parmenidisq́;,natus est sexagesima tertia Olympiade,obijtq́; quo anno Sardis captæ sunt.

Eius sententiæ sunt.

Non super terrã sed circum sydera ferri:
Atq́; infinito ex aere cuncta facit.
Si metus impendet:scrutari sydera cæli
Lætus Anaximenes qua ratione potest?

nomen Hyrciades,vt scribit Herodotus.regnabat autem Sardibus Crœsus ille omnium ditißimus:ad quem supra diximus venisse Solonem:atque eundem misisse munera Pittaco Non super terram.Laertius,hic,inquit, dixit initium aera & infinitum, moueriq; sydera non supra terram sed circa terram. nos carminis neceßitate coarctati sẽtẽtias inuertimus.Ordo est.facit,idest Anaxymenes dicit sydera non ferri super terram:sed circum terram,vt supra dicantur ferri,quæ rectè ferantur, circa quæ orbiculariter & in circuitu. & facit cuncta,id est fieri dicit cuncta ex aere infinito. Aristoteles.1.Methaphy. Anaxymenẽ posuisse principium,dicit,aerem. Cicero tamen primo de Natura Deorum dicit Anaxymenem posuisse Deum aerem infinitum. Aera, inquit, Deum statui:eumq; gigni esseq; immensum & infinitum, & semper in motu. Si metus impendet.hoc ex epistola Anaxymenis ad Pythagoram sumptum est. quo nam,inquit,modo poßit Anaxymenes cœli secreta rimari , cui iugis aut mortis aut seruitutis incumbit metus?Impendet,id est nobis imminet,& quasi supra caput in ruinam pendet.

De Anaxagora.

ANaxagoras patre Hegesibulo patria vero Clazomenius Anaxymenis auditor fuit Qui cum suis omne patrimonium distribuisset, ad studium se philosophiæ contulit. Cumq; ab Atheniensibus fuisset impietatis damnatus deinde absolutus, Lampsacum profectus est, vbi sexagesimo secundo ætatis anno diem suum obijt: floruitq; Olympiade, septuagesima.

Eius sententiæ sunt.

Principio syluam & mẽtem pręmisserat, vnde
Omnia secreuit, disposuitq; locis.

¶ De Anaxagora. *Clazomenius à Clazomenis vrbe Asiatica. Impietatis. quod de rebus diuinis male senserit, vt illud quod dixit, solem esse laminam candentẽ. Lampsacum. vrbem Hellesponti: vnde fuit Priapus.* Principio mentem. *Laertius, primus, inquit, hic materiæ quam hylen appellant mentem adiecit in principio operis sui, sic scribens. Omnia simul erant: deinde accessit mens: eaq; composuit. Idem refert Aristoteles in primo Physicorũ: atq; idem primo Methaphysicorum. Syluam. quam Græci hylen dicunt, latini materiam interpretantur. Præmiserat, id est præposuit omnibus alijs rebus. Secreuit. seiunxit. Locis, scilicet suis, totum hoc ex Ouidio in principio Metamorphoseos, qui Anaxagoram*

Dicenti, patriæ cur non sibi cura subiret?
Hinc, celum mõstrans, inquit, origo mihi est.
Dicenti: num scis quod sis priuatus Athenis?
Me, inquit, Cecropidæ: non ego Cecropidis.
Es dānatus, ait, iampridem, dixit, in omnes
Ius natura tulit: iudiciumq; simul
Nuncius extincti me nati nil mouet: inquit
Cum, me mortalem progenuisse, sciam.
Qua genitum causa se crederet esse rogatus:
Scilicet vt cernam lumina clara poli.

goram de mundi creatione sequitur. Dicenti patriæ. *Laertius, fuit, inquit,* Anaxagoras *reipublicæ atq; priuatæ negligens adeo, vt cuidam se ita compellāti, nulla ne tibi patriæ cura est? dixerit: mihi vero patriæ cura & quidē summa est, digitum in cœlum intendens.* Hinc, *id est ex cœlo, significans animam cœlestis esse originis.* Vergilius. 6. Aeneid. *Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.* Dicenti num scis. *Laertius, dicenti, inquit, cuidam* Atheniensibus *priuatus es: non illis ego, ait: sed illi me.* Priuatus, *spoliatus & exul.* Cecropidæ, *Athenienses, à* Cecrope *primo vrbis conditore, significat autem, se magis posse carere* Atheniensibus, *quam* Athenienses *illo.* Es damnatus. *hæc superiori est iungenda & inferiori.* Laertius. *Cum, inquit, illi renunciata esset & damnatio sua & filiorū mors: ad alterū dixisse, iampridem aduersum illos atq; se ex æquo naturā tulisse sententiā: ad alterū, sciebā me: genuisse mortales. alij hoc ad* Solonē *referūt.* Qua genitum causa. *Laertius, rogatus, inquit, cuius rei causa natus esset: inspiciendi, inquit, cœli & solis & lunæ. Lumina clara solis & lunæ ad illud*

Lampsacios mõtes nunquid mare mergere tō
Si non defuerint tẽpora, merget, ait. (lim
Mausoli cernens ingenti mole sepulchrum:
Diuitiarum hæc est, inquit, imago noua.
In patriam ferri num vellet cum moreretur
Aequum ait ad manes vndiq; fiet iter.

Vergilij alludit, quod. 1. Georg. scribitur. Vos o clarißima mundi lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum. Lampsacios monstes. Laertius, percontanti, inquit, an Lampsaceni montes mare essent aliquando futuri: dixisse ferunt: ita sane: nisi tempus defecerit. significabat autem, posse montes illos pessum, atque sub vndas ituros vi tempestatum atque imbriũ: sed suspicabatur tunc mundi statum aliquando finem habiturum. Mausoli cernens. Laertius, cum vidisset, inquit, Mausoli sepulchrum. monumentum inquit preciosum & lapidibus ornatum. Diuitiarum imago est. Fuit autem Mausolus rex Cariæ, cui Artemisia vxor monumentum illud insigne cõdidit, à quo alia quoque Mausolea dicuntur, si modo magnificè sint extructa. Ingenti mole, id est ingentis structuræ. Imago noua, id est admiranda, sed diuitiarum ostentatio, quæ scilicet peßimo cuiq; poßunt contingere. In patriam ferri. Laertius, indignanti, inquit, homini ac molestè ferenti quod in alieno solo moreretur, bono, inquit, esto animo. Idẽ enim vndiq; in infernum descensus est. Cicero primo Thusc. hoc ipsi Anaxagoræ morienti tribuit, non alteri indignanti quod moreretur in exilio: nisi forte ille alter ob Anaxagoram indignabatur. Aequũ iter, id est, vndecunq; tantumdem itineris est ad inferos.

¶De

De Archelao Atheniensi.

ARchelaus patrē habuit Apollodorum, patriam vero Athenas, præceptoremq; Anaxagoram Hic ex Ionia primus Athenas Philosophiam induxit eam, quæ de rerum natura disserit. Socratem instituit in ethice: quam cum ab illo acceptā propagasset, inuenisse putatu est.

Eius sententiæ sunt.

A iusto iustum legem secernere: honestis
Et non naturam turpia posse putat.

¶ De Archelao, *quidam dicunt* Milesium. Apollodorum. *sunt qui dicāt* Mydonis *filium*. Ex Ionia. *vbi floruerunt* Thales, Anaximander, Anaxymenes: *vnde hæc quoq;, de qua nunc agitur*, Ionica Phi*losophia est cognominata*. De *rerum natura, physicam*. In ethice. *in morali philosophia. quem tamen omnes Socrati tribuunt inuentū. Cicero in* Thusculanis, *primus, inquit, Socrates philosophiam euocauit è cœlo, & inter homines habitare coegit.* A iusto. Laer*tius, asserebat, inquit, iustum & turpe non natura constare: sed lege.* Aristoteles *in primo* Ethicorum, *iusta inquit, & honesta, de quibus ciuilis, id est, moralis philosopia considerat, tantam diuersitatem inter se habent: vt lege duntaxat, non autem natura constare videantur. Illiabi, vtea quam lex feratur: nihil refert illo vel illo modo facere, postea vero quam lata est: multum refert. ordo est.* Archelaus *putat legem & non naturam posse secernere iniustū a*

 iusto

Principium rebus posuit genitale calorē
Qui tamen ex lento cuncta vapore creat.

De Socrate Alopecensi.

SOcrates Alopecēsis cognominatus a pago Atticę Sophronisci filius: atq; Archelai auditor fuit: duasq; habuit vxores Xantippen, ex qua Lamprodem genuit: & Myrto, ex qua Sophroniscum & Menexenum suscepit, a Cherophonte vero Apollo consultus respondit

iusto & turpia ab honestis. Principium. *Laertius, duas, inquit esse generationis causas asserebat calidum & frigidum. & subdit, gigni vero animalia ex terræ calore dicebat, namq; liquentem calore aquam, vbi ignis ardoribus inflammatur: terram efficere, vbi vero circumfluit aerem gignere.* Genitale, *id est, generatiuum.* Lento vapore. *qui ex terra madefacta exhalat.*

¶ De Socrate. Alopecensis. *Alopex, quod interpretatur vulpes, pagus est Atticæ regionis.* Sophronisci. *hic lapidarius fuit: mater vero Phenareta obstetrix.* Xantippen. *priorem.* Myrto. *posteriorem, quæ fuit Aristidis illius iusti filia: quam indotatam accepit: sunt qui vtrasq; simul habuisse tradunt.* A cherophonte. *discipulo illius.* Respōdit. *per Pythiam, hoc est, Apollinis sacerdotem, siue sibyllam.* Sapientissimus. *Virgilius in viro bono. vir bonus & prudens: qualem vix reperit vnum millibus e cunctis hominum consultus* Apollo. Ab Anyto. *qui a Socrate rideri se non patiens, Aristophanē aduer-*

sus

oracũlum: q̃ eſt in ore omnium. & quo mortalium Socrates ſapientiſsimus iudicatur. Deinde accuſatus ab Anyto Melito & Lycone damnatus eſt, mortuuſq; veneno ſumpto: cum prius multa de animorum immortalitate diſputaſſet anno ætatis. lxx.

Eius ſententiæ ſunt:

Iurgia Xantippes clamores probraq; linguæ
Vt declinaret illo abeunte domo,
Ipſius in caput ſcaphium diffundit ab alto;
Spargit & vrina coniugis ora ſui,
Huius, ait ridens, pluuiæ certiſsimus autor
Nimirum nobis ille tonitrus erat

ſus illum inuexit: atq; in eius maledicta prouocauit. Melito. hic ab Anyto eſt inductus in Socratem. Lycone, hic fuit orator, qui accuſationem intentauit. Caput accuſationis fuit: quod de dijs male ſentiret, quodq; iuuentutem corrumperet. Veneno. cicutæ ſucco. De animæ immortalitate, quæ Plato in eo libro, qui Phedon inſcribitur, eſt proſecutus. Iurgia Xantippes. Laertius. Xantippe, inquit, cum in eum prius conuitia & maledicta iaculata eſſet: poſt modum vero & ſordidis aquis perfudiſſet: nonne, inquit, dicebam, Xantippen tonantem quandoq; pluituram? Scaphium. vas vrinarium. Ab alto. ex feneſtra. Ora. faciem & caput. Ridens. quia Socratis fuit proprium nunquam frontem corrugare. Certiſsimus autor. i. pronoſtic

Et cur tam patiens esset:iurgabat amicus.
Et tam morosam cur pateretur:ait,
Iā velut ad trochleę sonitus obcalluit auris.
Anseris & strepitum tu quoq; non pateris?
Oua parit:pullosq; mihi creat vtilis anser,
At mihi Xantippe pignora chara dedit.
Et danti calces respondit fronte serena,
Calcitro,sic asinus ludere sæpe solet.
Miranti dixit:si asinus me calce petisset,
An ne in iudicium conueniendus erat?

nosticum certissimum . sic Vergi.primo Geor. sin quarto exortu namq; is certissimus autor.ac si dicat sponsor. Et cur tam pa*tiens.Laertius,dicenti,inquit, Alcibiadi non esse tolerabilem Xantippem adeo morosam,ait,ego hisce iampridē assuetus sum? ac si iugiter sonum trochlearum hauriam,an vero tu non toleras clamore perstrepentes anseres ? at illo dicente:at mihi oua pullosq; pariunt:& mihi,ait, Xātippe filios gignit.* Amicus. Alcibiades Cli*niæ filius princeps adolescens Athieniensis,quem Socrates ex perdito luxu ad studium philosophiæ reduxit : atq; ex eo factus familiaris.* Morosam.*difficilem , duram , & intractabilem , & suis moribus viuentem .* Trochleæ. *vertebræ machinariæ , hispane carrillo o polea:dicta a trecho curro .* Obcalluit. *callum fecit : vt nihil sentiam .* Pignora chara , *filios.* Et danti calces. *Laertius, cum fuisset,inquit , à quodam calce percussus:admirantibus illius tolerantiam dixit,quid enim si me asinus calce impetisset : num illi diem dixessem ?* Calcitro . *onis . qui calces iacit.* Petisset , *percussisset.*

Hunc iuuenis petulans pugnis & fuste cecidit:
 Atque illi facies vndique tuber erat.
Ille nihil contra: sed tantum frõte notauit,
 Quis pinxisset opus, cuius imago foret.
Alterius iuuenis pugno percussus: abibat,
 Quippe volens tacitum dissimulare nefas.
Ore renidenti sibi tunc ait, esse molestum
 Se nescire, domo cum galeatus eat.
Dicẽti quidam tibi detrahit. intulit, an tu
 Mirabare, loqui si bene non didicit?
Dicenti rursus, male dicit, non facit, inquit

sisset. Hunc iuuenis. *hanc Diogenes Laertius Antistheni tribuit: Basilius vero ille magnus, cuius magna est apud* Græcos *auctoritas, in Socratem refert. ait enim in ea oratione, quam habuit ad nepotes, quemadmodum libros Eticorum legeren debeant: percussit quispiam Socratem Sophronisci, filium: faciem eius petulantissime cædens, Socrates vero non repugnauit, sed illius petulantiæ se permisit, donec ei vultus vndique tuber fieret: verum vbi ira illius satiata est: Socrates quidem nihil aliud egit, nisi quod fronti suæ scripsit percussoris nomen, quemadmodũ statuis fieri solet: ille inquit hoc opus effecit.* Alterius iuuenis. *hanc ex Seneca accepimus* Nefas *tacitum, id est, ipse tacitus volens dissimulare iniuriam illatam.* Renidenti, *id est, simul ridenti, aut vultu hylari. ait* Galeatus. *ad excipiendos scilicet huiusmodi ictus.* Dicenti quidã. Laertius *nuncianti, inquit, sibi quendam se maledictis incessere: bene ait, loqui non dicit.* Dicenti rursus. Laertius, *dicenti, inquit, cuidam: nonne ti*

Cum nullum videam crimen inesse mihi?
Ingentem fœlix aream donabat amicus
Inqua permagnam poneret ille domum:
An tu si vacæ corium, inquit, forte dedisses,
Calceus vt fieret hinc mihi: num caperem?
Dum vocat ad cœnam conuiuas: exiguiq;
Xantippen sumptus dispuduisset, ait
Si fuerint frugi, mediocris cœna iuuabit.
Qui petulans ad nos pertinet ille nihil
In celebri secum mercato voluere cœpit,
O bene, tam multis quod mihi non sit opus,

nonne tibi ille maledicit? non inquit: mihi enim ista non adsunt. Ingentem fœlix. Laertius, cum Alciabides, inquit, grandem illi aream ad construendam domũ largiretur: dixisse fertur: an vero si calciamentis mihi opus esset, coriumq; dares, vt calceos mihi post conficerem: ridiculus essem si acciperem? Fœlix amicus, id est, Alcibiades, qui diues erat. Aream. sic appellatur planicies, in qua domus fundatur. Nunc caperem? q. d. minime caperem, sed quantum erat opus ad calceos. Dum vocat ad cœnam. Laertius, cum vocasset, inquit, ad cœnam diuites, & Xantippen modici puderet apparatus, bono, inquit, esto animo. Nam siquidem modesti erunt & frugi, mensam nequaquam aspernabuntur, sint autem intemperantes: nulla nobis de hisce cura erit. Exigui sumptus, id est, impensæ exiguæ. pro ipso apparatu posuit. vnde est lex sumptuaria, quæ circa hoc consulebat. In celebri secum. Laertius, sæpe, inquit, cum eorum, quæ publicè vendebantur, multitudinem intueretur: secum

ista

Proximus aicbat diis immortalibus ille est:
    Se perquam paucis quisquis egere parat.
Et sequærenti cuia tem diceret esse:
    Sum mundanus ait: mundus & est patria
Scitāti quid agat dum serus obambulat: inquit
    Condimenta cibis se pedibus terere.
Præterea ex gustu peritur, cui vera voluptas
    Non exquisitis indiget ille cibis.

ista voluebat, quam multis ipse nō egeo. Voluere, cogitare. O bene, subaudi factū. Martialis, o bene, quod ripa colitur Tirinthius ista.

Proximus aiebat. Laertius, dicebat, inquit, eum dijs maxime propinquum, qui minimis egeat. ratio autem huius in promptu est, quoniam deus, quòd per se sufficiens, nulla re indiget. ergo qui paucioribus indiget, ille est deo propinquior. Apuleius pro magia. equidē didici, ea re præcedere maxime deos hominibus: quod nulla re ad vsū indigēt: igitur ex nobis si cuiquā minimū opus sit, eūdē esse deo similiorem. Et se quærenti. *Ciceronis hæc est in Thusculanis. Socrates interrogatus cuiatem se diceret: mundanus. inquit, sum. an mundus pro cœlo acciperet, an vt vulgus loquitur, dubium est. Scitanti quid agat. hæc quoq; Ciceronis est in eodem opere. Serus, id est, tempore vespertino, hoc est, ante cœnam. Condimenta. salsamenta, &, vt vulgo dicitur, sapores. Pedibus, id est, cursu & pedum exercitio. Terere. allusit ad mortarium, in quo salsamenta teruntur.* Præterea ex gustu. *Laertius, dicebat, inquit, qui suauissime comederet: eum minime obsonio egere: & qui cum voluptate biberet: eum, quod præsens non sit, poculum non quærere. Causa est*

Atq; alios tantum dicebat viuere vt essent.
 At tamen, vt possim viuere, dixit edo.
Solus ait bonus est: cuius sapientia fulget
 Solum ignorantem credidit esse malum.
Nō generis splēdor: nec opes famulātur hoēsto
 Quin etiam multis causa fuere mali.
Discebat fidibus dicens: dum tempus habebis:

sa est huius rei, quoniam natura paucis & expositis in promptu contenta est, opinione autem falsi homines trahi ad ea, quæ sunt preciosiora. Atq; alios tantum. Laertius, aiebat, inquit, alios homines viuere vt ederent: se ideo edere, vt, viueret. Essent. esitarent & comederent. Solus ait bonus est. Laertius, dicebat, inquit vnicum esse bonum scientiam. malum econtrario vnicum inscitiam. Scientiæ autem appellatione intelligimus etiam prudentiam, quæ, est recta ratio agibilium: sine qua nulla virtus moralis constare potest. iusticia vero causa est omnium vitiorum, quia ignorat omnis flagitiosus: quæ facere oportet, a quibusue abstinere debet vt inquit Aristoteles lib. 4. Ethicorum. Cur igitur punitur si ignorans peccat: cum præsertim eatenus peccata puniantur: quatenus voluntaria sunt? Nimirū puniuntur, quia fuerunt causa suæ ignorātiæ, sicut ebrius homicida punitur non quia hominem occidit: sed quia ipse fuit causa suæ ebrietatis. Non generis splendor. Laertius, dicebat, inquit, opes ac nobilitatem nihil in se habere honestatis, verum & malum omne abis oboreiri. Nam vt ait Aristoteles multi ob diuitias periere, & qui sibi sunt conscij nobilitatis, nihil est quod non audeant contra rempub. Discebat fidibus. Laertius, fidibus

Fac ne quod nescis discere te pudeat.
Principium facti dicebat maxima res est.
Idq; scio solum: quod nihil ipse scio.
Et qui poma sibi redimunt præcocia magno,
Desperare suo tempore posse frui.
Et quæ sit iuuenis virtus; aliquando rogatum
Respondisse, ferunt, nil nimis vt facias.
An ducenda viris vxor sapientibus esset,
Vtrum vis egeris pœna sequetur: ait.

dibus, inquit, canere didicit: quãdo illi oportunum fuit, minime improbum seu pudendum dicens: quod quisq; nesciat. Principium facti. Laertius, asserebat, inquit, bene incipere paruum non esse, sed maximum, & nihil se scire præter hoc ipsum, quod nesciret. Principium. Ausonius. Incipe, dimidium facti est cœpisse, superstit dimidium rursum, hoc incipe, & efficies. Idq; scio. hinc Academicorum secta orta est dicentium, nihil pro comperto haberi posse. Et qui poma sibi. Laertius, eos, inquit, qui præcocia multo emerẽt: desperare, aiebat, se ad maturitatis tempus peruenturos, Præcocia poma, id est, ante tempus in suo genere matura. Magno, scilicet precio. Suo tẽpore, id est cum vulgo & paßim proueniunt. Et quæ sit iuuenis. Laertius, rogatus, inquit, aliquando, quæ nam sit iuuenis virtus, nihil nimis, inquit, de hac plura diximus supra in Solonis dictis: nam ab illo Socrates vsurpauit. An ducende viris. Laertius, interrogatus: inquit, vtrum melius esset vxorem ducere: ne ne: vtrum vis, inquit, horum egeris, pœnitentia incesset. Vtrumuis. duorum alterũ. Pœna, id est pœ-

Carpenti cuidã,quod origo Antisthenis esset
Ex patre Cecropio matreq; Thraicia:
Tu ne duos ciues ortos,respondit,Athenis
Tam clarum cẽses progenuisse virum?
Artifices,inquit,scabro de marmore signum
Contẽdunt veris assimulare viris:
Illud dissimulas,illud quoq; negligis,vt sis
Nec lapidi similis nec videare rudi?
A speculo iuuenem censuram ferre iubebat:
Oraq; conspiceret:qualiacunq; forent.
Vt si turpis erit:formetur moribus aptis:
Dignaq; se faciat,si speciosus erit.

nitentia. Carpenti cuidam. Laertius,cum dixisset,inquit, ei quidam Antisthenem matre esse Thraicia:tu ne,inquit,arbitrabaris, ex duobus Atheniensibus adeò insignem virũ natum:de hoc etiam in vita Antisthenis nõ nihil. Fuit enim Antisthenes Socrati familiaris. Cecropio, Atheniẽsi,ac si dicat, vsque adeo deprauati sunt iam Athenienses:vt ex duobus parentibus Athenis ortis tantus vir generari non potuerit: quo responso elusit iactatorem illum Atheniensem,qui ex eo gloriabatur. Artifices inquit. Laertius, admirari,inquit,se dicebat:cur ij,qui lapidum signa scalperent, summa ope niterentur:vt lapis homini quam simillimus euadat: seipsos curare negligerent,ne similes lapidibus & videantur & sint. Artifices. marmorarij. Scabro,rudi & inelaborato. Signum, statuam. Aßimulare,simile facere. Nec videare, id est videaris alijs esse lapis. A speculo iuuenẽ. Laertius,hortabatur,inquit, iuuenes,

Cum ſim tam pauper, quidam dicebat amicus
Et nil poſsideam: me tibi dedo libens.
An tu nō cenſes, totum cum te mihi tradas
Quod tradas, inquit, maxima quæq; bona?
Tertia te Phthiæ tempeſtas læta locabit:
Quidam, ait, in ſomnis viſus adeſſe ſibi
Prædixiſſe ſuo cuidam tum, fertur, amico
Quod tris ad dies interiturus erat.

nes, ſe iugiter in ſpeculo intuerentur: vt ſiquidem formoſi eſſent: digni ea ſpecie fierent, ſin autē deformes, eam deformitatem eruditione protegerent. Seneca in. 1. natu. quæſt. inuenta, inquit, ſunt ſpecula, vt homo ipſe ſe noſceret, formoſus vt vitaret infamiam, deformis vt ſciret redimendum eſſe virtutibus quicquid corpori deeſſet, iuuenis vt flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcēdi & fortia audendi, ſenex vt indecora carnis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. de hoc etiam multa Apuleius pro magia. Cenſuram, iudicium ſiue conſilium. Martialis, conſilium formæ ſpeculum. Cum ſim tam pauper. Laertius, cum, inquit, illi dixiſſet Schines, pauper ſum, & aliud habeo nihil: me ipſum autem tibi do. an vero tu, inquit, non animaduertis: quam mihi maxima tradis? quidam amicus, ſcilicet Schines, non orator ille Demoſthenis æmulus, ſed philoſophus Socratis familiaris. Tertia te Phthiæ. carmen hoc ex Homeri Iliade ſumptum eſt. Laertius, cum in ſomnis, inquit, quendam ſibi iſta dicentem audiſſet: tertia te Phthiæ tempeſtas læta locabit: ait ad Schinem, poſt diem tertium ſe moriturum: qua die cicutam bibiturus erat. Phthiæ. opid.

Cecropidis illum morti damnantibus inquit:
Illos fata simul imperiosa trahent.
Damnato, iniuste moreris, cum diceret vxor
Ille refert: iuste me cupis ergo mori?
Cum precij magni vestem donaret amicus:
Qua sepeliretur: dumq; recusat: ait.
An mihi dum viuo vestis mea cõuenit, atq;
Apta est, defuncto congruet illa minus?

De Xenophonte Archiæo.

XEnophon patre Gryllo, patria vero Archiæus ex pago Atticæ, discipulus fuit

Thessaliæ. Vergilius. 1. Aeneid. Cum domus Assaraci Phthiam claraſq; Mycenas. Cuidam amico, Schini. Cecropidis illum. Laertius, referenti, inquit, quòd illum Athenienses mori decreuissent: & natura, inquit, illos. Fata imperiosa, quæ in hoc plurimum imperant. Horatius. Sed me imperiosa trahit Proserpina. Damnato. Laertius, dicẽte, inquit, sibi vxore iniustè moreris: an tu, inquit, iustè malles? Vxor. Xantippe. Iustè, quia melius est innocentem quam nocentem pœnas luere. Cum precij magni. Laertius, Apollodorus, inquit, ei pallium preciosum obtulit, vt in illo moreretur, & ille: quid inquit? nũ pallium meum viuenti congruũ fuit: vita functo non conueniet?

¶ *De Xenophonte. Discipulus Socratis, nam cum in angiportu quodam illum Socrates habuisset obuium. porrecto ab eo baculo*

transire

Socratis. Floruit nonagesima quarta Olympiade: atque obijt Corinthi iam grandis natu.

Eius sententia est.

Ille coronatus dum sacrum reddit ad aras:
Accepit Grylli funera acerba sui.
Atq; ita, deposita, fertur dixisse, corona:
Iam scio mortalem progenuisse virum.
Sed postquā audiuit pulchre cecidisse, coronā
Delapsam capiti composuisse suo.

transire prohibitum. Percontanti vero, vbi nam venirent: quæ humanis vsibus accōmodata sunt: ad singula cū ille respondisset: rursus, vbi nam boni ac probi homines fierent? rogauit. ad hæc hærente illo, dixisse ei Socratem sequere igitur, & disce, ex eo Socratis auditor factus est. Scripsit hystoriam. fuitq; Cyro regi Persarum familiaris, cuiuspediam, id est pueri eruditionem scripsit. Corinthi. quo post longam peregrinationem ex exilio Atheniensium se contulit, exulabat autem, quòd partes Laconum contra Athenienses tueretur. Ille coronatus. Laertius, fertur, inquit, Xenophon coronatus sacrificasse: & cum filium corruisse didicisset: coronam deposuisse. Vbi vero acriter pugnantem oppetisse comperit: eam rursus capiti imposuisse, Grylli, sui filij. nam duos habuit, hunc & Diodorum. qui in ea pugna, quæ fuit ad Mantineam inter Thebanos & Lacedæmonios, in qua Epiminiminundas cecidit, pro Laconibus atque Atheniensibus qui auxiliares erant, pugnauerunt: sed Gryllus fortiter dimicans occubuit. Mortalem. hoc ex Anaxagora vsurpauit.

De Ariſtippo Cyrenæo.

ARiſtippus patriam habuit Cyrenas vr-bem Libyæ: præceptorem vero Socra-tem Qui,quamquam in voluptate ſummum bonum poſuiſſet:ita pręſentibus fruebatur: vt nō multum abſentes quęreret voluptates. Vnde extat in illum Platonis dictum: tibi ſoli & chlamydem & pannum ferre datum eſt. Illum Diogenes canem regiam appellabat. Fuit e-nim Dionyſio Syracuſanorum tyrāno quam familiariſsimus.

Eius ſententiæ ſunt.

CumCynicus tractaret olus,ſic pretereuntem
Cœpit Ariſtippum carpere more ſuo:
Si placare famē tibi vētris oluſcula poſſent:
Turpis adulator nullius eſſe velis:

¶ *De Ariſtippo. Cyrenas. vrbem, à qua regio Cyrenaica in Libya: vnde philophi quoq; Cyrenaici ſunt dicti. Socratem. cuius fama commotus venit Athenas. Platonis dictum. Alij dicunt Stratonis. Chlamydem & pannum, id eſt, vti vtraq; fortuna, nam Chlamys veſtis eſt precioſa, pannus vero obſoleta. Horatius, omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res: tentantem maiora ferè præſentibus æquum. Canem regium, quia Dionyſio familiaris fuit. Cum Cynicus. Laertius: pretereuntem: inquit, quandoq; Diogenes olera abluens obiurgauit & dixit: iſta tu ſi parare tibi didiciſſes: tyrannorum aulas nō adeo fœdus aſſentator adires. Tu*

vero,

Ille refert contra: si scires regibus uti:
Non tua sordidior tergeret ora cibus.
Cum drachmis centum sibi perdix empta fuis-
Visaq; res cuidam luxuriosa foret: (set:
Ille ait: ergo tu nec assem forte dedisses?
At mihi drachmæ centum vnius assis erant.
Iactatus pelago dum nauigat ille Corinthon:
Perspicuo, memorant, extimuisse metu
Huic aliquis vector: cur palles morte futura
Cum nos indocti nil timeamus? ait.

vero, ait ille, siquidem conuersari cum hominibus scires: olera profecto non lauisses. Horatius primo episto. *Si pranderet olus patienter, regibus vti nollet Aristippus. si sciret regibus vti, fastidiret olus, qui me notat.* Cynicus. *Diogenes, qui ex secta Cynicorum fuit.* Tractaret, pararet. *More suo, quia Cynicus, cuius institutum erat in mores hominum oblatrare: atque ideo Cynicus, id est, caninus dictus.* Tergeret. *sic* Horatius, *gallina tergere palatum.*
Cum drachmis. Laertius, *aiunt, inquit, illum aliquando iußisse perdicem quinquaginta drachmis emi, tantum luxuriæ grauiter ferente quodam, respondisse: tu istam obolo non emeres, & cum annuisset ille: mihi vero, inquit, quinquaginta drachmæ tantum valent.* Assem, *idem prope est as quod obolus.* Vnius aßis, *ac si dicat, ego tanti facio centum drachmas: quanti tu vnum assem.*
Iactatus pelago. Laertius, *Corinthum, inquit, nauigabat aliquando: cum tempestate iactaretur: turbari cœperat. In ea perturbatione insultanti cuidam ac dicenti, nos imperiti non*

Non ſmiles noſtrum curæ ſunt dixit vtriq;,
Pro ſapiente mea eſt, pro nebulone tua
Forte fuit nauis piratæ, qua veheretur:
Idq; mari ſummo, nec tamen ante videt.
Tunc quaſi dinumerãs argẽtum prõpſit ab (arca
Et ſibi dãnoſas in mare iecit opes
Ac gemitu ſimulãs minime cecidiſſe volẽti:
Hæc ſecum tacita mente putaſſe ferunt
Præſtat ariſtippi fortunas ire per altum:
Quam quod ariſtippus propter eas pereat.

metuimus: vos philoſophi cur trepidatis? non enim, inquit, de eadem aut ſimili omnium vtriſq; noſtrum cura & metus incumbit. Aulus Gellius lib. 18. cap. 1. hoc belliſsime multiſq; verbis, quemadmodum geſtum eſt, exponit. Corinthon. nauigabat autem ad Laidem meretricem, qua etiam potitus eſt, vt infra dicetur. Hinc Horatius de Ariſtippo, nõ cuiuis homini contingit adire Corinthum, ei qui timuit. Perſpicuo, qui facilè cõſpiciebatur. Vector, qui ſimul vehebatur. pro nebulone, id eſt pro homine nihili, ex Gellio For te fuit nauis. L. tertius, cum aliquãdo, inquit, nauigaret: didiciſſetq; nauẽ eſſe piraticã, acceptũ aurum numerabat, deinde quaſi imprudẽti, inuito, lapſum è manibus iactauit in mare: ingemuitq; grauiter. Sũt, qui illũ & hæc dixiſſe memorẽt: melius eſt, vt hæc ab Ariſtippo: quã vt Ariſtippus propter iſta pereat. Veheretur, pro vehebatur. Mari ſummo, lõge à portu. Quaſi dinumerãs, id eſt ſimulans ſe velle dinumerare. Prõpſit. quaſi rẽ ſeruatã extraxit. Dãnoſas, vnde piculũ metuebat. Putaſſe, reputaſſe, æ ratiocinatũ fuiſſe.

Præſtat

Culpatus quondam quod haberet Laida: dixit
Me non lais habet, sed tamen illa mihi est.
Namque voluptates vincendas esse, sed usus
Non tamen illarum reiiciendus erat.
Ex te concepi meretrix dicebat: at ille
Vnde hanc compertã rem tibi dixit habes?
An tu per spinas incedens, dicere posses
Vnam ex his mõstrans punxerat illa pedẽ.
Quærenti, natum cur pellat: sic quoque multa
Pellimus: ex nobis quę generantur: ait.
Nãque pediculus & pituita capillus & vnguis
Ex me gignuntur, proiicienda tamen.

Præstat, id est, melius est. Fortunas, id est, diuitias in numero plurali. Per altum, scilicet mare. Culpatus quondam. *Laertius, vtebatur, inquit, Laide meretrice, qua ex re cum sugillaretur à plurimis habere Laidem respondit: non à Laide se haberi. nam continere, inquit, se à voluptatibus, neq; eis manus dare, præclarum esse, non earum sibi vsum intercidere. Illa mihi est, id est, ego habeo illam. Vincendas esse, id est, debere esse in potestate nostra, vt, quandovelimus, vtamur: non tamen vt perturbent nos.* Ex te cõcepi. *Laertius, dicenti, inquit, sibi scorto ex te concipio: non, respondit, hoc magis nosti, quam si per spinas densissimas pergens dicere posses: ista me pupugit. Rem compertam habes? id est, vnde scis hoc, & exploratum habes? Ex his, scilicet spinis.* Quærenti natum. *Laertius, accusante, inquit, quodã, cur filiũ quasi nõ ex se natum proiiceret? an vero, respondit, ignoramus & pituitam & pediculos ex*

Fertũr &, quodam reprensus forte a quod illi.
Conuictus turpi cum meretrice foret:
Nũc referre putas: nauis noua te vehat ingꝫ
An quæ iam plures vexerit ante viros?
Respondẽte parum vel nil distare: quid ergo
Ad me pertineat, virgo sit an mulier?
Cum tamen intraret veteri centone lupanar:
Et iuuenem quendam dispuduisset, ait.
Non intrare pudet inscriptæ nomina cellæ.
Sed regredi tandem non potuisse pudet.

ex nobis gigni, quæ tamen velut inutilia quam longissime proijciamus. Pellat, id est, non agnoscat. Multa, &, quæ sunt illa, subdit. Pituita. humor, qui à Græcis pheugma dicitur. Ex me gignuntur, sed non generatione vniuoca, vt dicunt philosophi, sed per excrementorum corruptionem. Fertur & à quodam. ad eum, qui, quòd meretrici cohabitaret, angebat, dic age, respondit, nunquid differat eam domum accipere: quam multi aliquando inhabitauerint, aut quam nemo? negante illo, quid, inquit, num differre putas, ea naui ferri, in qua innumeri sæpe nauigauerint, siue in qua nullus? minime, inquit ille. num ergo, inquit, differt vtri mulieri congredia re, ei ne, quæ multis fuerit exposita, an ei, quæ nullis? Nauis noua. alterum de domo noua exemplum suppressit. Virgo an mulier, id est, integra an corrupta, cum tamen, vt supra diximus, aliquando ætatem tantum significet, vt virgo sit puella, mulier ætate grandior. Cum tamem intraret. Laertius, ingressus, inquit, aliquando meretricis cellulam, cum erubesceret quidam, ex ijs, qui cum

Deq; tribus scortis cum, permittente tyranno,
Vnum, quod vellet, sumeret inde sibi;
Ille domum lætus tris secum duxit. & inquit
nec Paridi tutum displicuisse duas.
Ecquid amiciciam voluisset inire tyranni
Edoctus sancto Socratis ingenio?
Literulis, inquit, vacuus me cõtuli ad illum
Nunc vero nummis huius amicus ero.
Quidue Syracusas veniat? quærente tyranno

eo erant, adolescentibus, non, inquit, ingredi posse, turpe est. Veteri centone. ex Iuuenale. intrauit calidum veteri centone lupanar, id est, veteris centonis. est autem cento vestis crassior ex pannis diuersi coloribus. hic autem pro velo, quod meretricum cellis prætenditur. Inscriptæ cellæ, quoniam meretrices nomina sua inscribebant cellis, in quibus prostabant. Iuuenalis, titulum mentita Lyciscæ. Regredi, id est, a voluptatibus abstinere. Horatius, non lusisse pudet, sed non incidere ludum. Deq; tribus. *Laertius, tres, inquit, formosas meretrices ei in conspectum dari aliquando Dionysius iussit: cumq; quam ex illis vellet eligere. tunc ille tres similiter abduxit dicens: nequaquam Paridi tutum fuisse, quod vnam prætulerit cæteris. eas igitur ad vestibulũvsq; deduxit ac dimisit. Tyrãno Dionysio. Duas Iunonẽ & Palladã: quibus Venerẽ prætulit.* Ecquid amiciciã. *Laertius, exprobrãti, inqt, cuidã cur a Socrate ad Dionysiũ se cõtulisset, atq ait, ad Socratẽ disciplinæ indigẽs profectus sũ ad Dionysiũ aũt pecuniæ egenus veni. ad illũ. Socratẽ. huius. s. Dionysij.* Quidue Syracusas. *Laertius, interrogãti, inquit Dionysio ad*

Hospes aristippus talia verba. refert.
Vt q̄cunq; habeo tibi largiar optime prin/
Et quæ nō habeo, rursus vt accipiā. ceps
Cōspueret vultus hominis cū forte tyrannus
Hæc, aliquis dixit, tu tolerare potes?
Vt sit præda, refert, te spargit, gobius, vnda:
Vt balena mihi: sputa ego non patiar?
Purpurea, iussit cunctos in veste tyrannus
Saltere: id tantum se Plato ferre negat..
Sumit Aristipus vestem, saltāsq; pudici
Et festis Bacchi non vitiantur. ait.

quid venisset: vt quæ habeo, respondit, impartiar, & quæ non habeo accipiā. alij sic eum respondisse referunt, quando sapientia egebam adij Socratem, nunc pecuniarum egens ad te veni. Syracusas. vrbē Siciliæ vbi Dionysius tyrannidem exercuit, Hospes. quia in vrbe aliena. Conspueret vultus. Laertius, consputus, inquit, a Dionysio modice tulit. eam iniuriam cum quidam egre ferret, periscatores inquit, vt gobium rapiant: mari patiuntur aspergi, & ego vt balenam accipiam: non patiar excreatione respergi? Gobius. piscis est qui & gobio dicitur, vulgo. Balena mihi. subaudi sit præda. Purpurea iussit. Laertius, iusserat, inquit, aliquando Dionysius in conuiuio, vt singuli in veste purpurea saltarent. id Plato renuit dicens, non posse se induere vestem fœmineam. Sumptam vero Aristippus se induit, & cum saltare inciperet: proprie prompteq; dixit, & inter bacchanalia pudicus non corrumpitur. Plato. philoso

phus

Dumq́ petens aliquid pateretur forte repulsã
Ille Dionysi procidit ante pedes.
Idq́ ipsũ iurgatus ait non iam mea culpa est:
Quã quod sunt aures principis in pedibus.
Cum peteret nũmos memini te dicere quondã
Qui sapit, externis non eget ille bonis.
Inquit Aristipp⁹, da nũc, cumq́ ille dedisset:
Rursus ait. iam me cernis egere nihil.
Qui venit liber: fit seruus in arce tyranni.
Nõ fit seruus ait: si modo liber erat.

phus Aristippi condiscipulus, qui & ipse ad Dionysium *ter* Syra*cusas profectus est.* Saltansq́, *id est inter saltandum.* Festis Bacchi, *id est, bachanalijs.* Dumq́ petens. *Laertius, orabat, inquit, aliquã do pro amico* Dionysium, *& cum repelletur, ad pedes eius corruit id factum cum argueret quispiam, non ego, ait, in culpa sum: sed* Dionysius, *qui aures habet in pedibus.* Ipsum. *propter illud ipsum*

Cum peteret. *Laertius, postulabat, inquit, pecuniam à* Dionysio *& ille dixisti, ait, non egere sapientem, da inquit ille, & postea de ijs quæramus. & cum dedisset: vides, ait, me non indigere.* Qui sapit, *sapiens, qui vt Stoici dicunt est diues & rex,* Externis, *id est bonis fortune, quæ externa dicuntur, quia sunt extra nos* Da nunc *quod peto.* Qui venit. *Laertius, dicẽte ad eum* Dionysio, *qui, ad tyrannum proficiscitur, illius est seruus quamuis liber fuerit: non est, inquit, seruus si liber venit.* Alij Platonem *id dixisse tradunt.* Nõ fit seruus, *ludit in nomine seruitutis, quæ duplex est, sicut & libertatis, altera legibus siue iure gentium introducta, altera moralis,*

Rreprensus nummos quod ceperit, Plato librum,
Inquit, ego nummis, indiget ille libro.
Diuite iam facto, præceptor dixerat illi,
Vnde tibi tantum est? pauca, ait, vnde tibi.
Scitanti: quid habent sapientes amplius, inquit
Si tollas leges possumus esse boni.
Doctus ab indocto quo distat? intullit ille
Quo frenatus equus di[illegible]at ab indomito
Rursus ab indocto doctus quo distat? vtrumque
Mittis ad ignotos experieris: ait.

lis, siue animi. Reprensus nummos. *Laertius. cum à Dionysio, inquit, pecuniam ipse: Plato librum accepisset, insimulante se quodã, ego, inquit, pecunijs indigeo, Plato libris. ac si aicat, quisq; eligit, quod sibi opus esse intelligit.* Diuite iam. *Laertius. multas iam pecunias? consecuto, cum diceret Socrates, vnde tibi tã multa, Ille, inquit, vnde & tibi pauca, quasi dicat, ex philosophia: que potest diuitem facere si philosophus velit: sed non curat, vt in Thalete diximus.* Scitanti quid. *Laertius, rogatus aliquando quid habent amplius philosophi: si omnes, inquit, leges intercant, similiter viuemus. Amplius scilicet quam non sapientes.* Tollas leges. *quia erimus boni non metu pœnæ: sed virtutis amore.* Doctus ab indocto. *Laertius. interrogatus, inquit, quo differant docti ab indoctis, quo, inquit, domiti equi, ab indomitis. familiaris similitudo est equi ad appetitum.* Rursus ab indocto. *Laertius, interrogatus, inquit, quid differat sapiens ab insipienti: mitte, inquit, ambos nudos ad incognitos & disces. quod in Vlysse facile apparet.*

Quid sibi contulerit sapientia? forte rogatus,
Omnibus vt possim dicere quęq; velim
Limina cur diues nunquam sapientis oberrat,
Diuitis at sapiens limina sæpe terit?
Quod, quib⁹ indigeat, sapiēs bene nouit: at ille
Nescit, quo sit opus, nec quibus indigeat.
Diuitis indocti sapiens cur limina vexat.
At contra diues non sapientis ita?
An q̃a, respōdit, ferat vt medicamina morbo
Aegrotum medicus visere sæpe solet:
Non tamē idcirco quisquā tā perditus esset:
Vt languere magis, quā medicare velit

Mittis. idest si mittis, vt Iuuenalis. ad cælum iusseris ibit, idest si iusseris. Quid sibi contulerit. *Laertius, interrogatus, inquit, quidnam sibi philosophiæ studijs quæsisset: posse, inquit, omnibus fidenter loqui, quod indoctus facere inquit, aut si facit: habeatur insanus.* Limina cur diues. *Laertius, præcontanti, inquit,* Dionysio, *cuius rei gratia philosophi diuitum limina terunt, philosophorum vero diuites non ita: quod illi, inquit, sciunt, quibus indigent, isti nesciunt.* At ille *scilicet diues* Diuitis indocti. *Laertius indignanti cuidam, ac dicenti quòd philosophos cerneret semper obsidere diuitum fores, & medici, inquit, languentium ianuas frequentant; non tamen ideo quispiam infirmari mallet, quam mederi.* Limina vexat. *sic* Iuuenalis. *sed vexant limen & ipsi nobiscum. Ita scilicet vexat limen.* Est aliquis di-

Est aliquis dixit, mihi filius arte docendus
Egregia: sed quid proderit illa sibi?
Et si nil aliud, dixit, ludicra theatri
Spectans, nō saxum saxeus ille premet.
Cumq; alius gnatū instituendum traderet, inqt
Quingentas drachmas si mihi tradis: agam.
At tanti seruus poterit constare volenti,
I. mercare, tibi si cupis esse duos.
Quærenti, quæ nā pueros edíscere opotet?
Qualiacunq;, refert, sint profutura viris.
Iactanti cuidam, se plurima quod didicisset.

xit. Laertius, rogatus, inquit, à quodam, quo nam melior euasurus esset filius, si erudiretur. & si nulla, inquit, alia in re: certe vel in theatro non sedebit lapis super lapide. Arte egregia: scilicet philosophia. Quid proderit? quia videntur philosophi esse inutiles. Ludricra, id est, ludos, scilicet comœdias & tragœdias. Saxeus, id est indoctus. insensatus Non premet. sedendo grauabit. Saxum, sedile saxeum. Cumq; alius natum. Laertius, cum sibi, inquit, quidam commendasset filium, quingentas postulauit drachmas, cui, ille eam diceret, tanti emere mancipium valeo, eme, inquit, & habebis duo. Instituendum, docendum. Agam. sed instituam & docebo. Volenti, mihi si voluero. Duos, subaudi seruos. Quærenti quæ nam. Laertius, rogatus, inquit, quæ nam iuuenes oporteat discere. ea, inquit, quæ vsui viris futura sunt. Iactanti cuidam. Laertius, glorianti. inquit, cuidam, quod multa didicisset, ait. sicuti non ij, qui plurima comedunt, & exercentur, melius vlent, quam qui sumunt necessaria, ita, no

Talibus exemplis consuluisse, ferunt.
Ceu pugil, exercet nitidę qui mēbra palestrę
Plura vorat: sed non rectius inde valet:
Sic qui plura legit: qui non aceptissima car-
Doctior idcirco non erit ille mihi. (pit:
Illius orator causam qui vicerat, inquit:
Socratis ingenium quid tulit ergo tibi?
Vt, quæ pro nobis habita est, oratio, dixit:
Moribus effeci, vera sit illa nimis.
Et cur in propria conduxit rhetora lite?
Et, cum cœno, locat se mihi sæpe cocus.

ria: ita, non qui plurima: sed qui vtilia legerunt: studiosi habendi sunt & eruditi. Palestræ nitidæ, quia Palestritæ nudi atq; oleo pervncti luctantur. Plura vorat, quia vires augentur ex capacitate multi cibi: & tolerantia multorum laborum: vt ait Aristoteles secundo Ethicorum. Aptißima carpit, nam pauca bona nisi ex multis eligi non possunt. Illius orator. Laertius, oratori, inquit, qui causam pro se dixerat, & vicit: sciscitanti, quid te iuuit Socrates? hoc ait, vt oratio, quam pro me & de me habuisti, vera sit. Causam, id est litem. Socratis, præceptoris tui. Quid tulit? id est vtilitatis quid attulit? Pro me, id est in defensionem meam. Sit vera, nam cum me in oratione laudasti, vt me iudicibus conciliares, virtutibus & meritis meis feci, vt esses verus, id est vera de me diceres. Et cur in propria. Laertius, probro illi semel obijcientibus: cur in causa propria conduxerit rhetorem: atqui, inquit, & co-

Hunc quoq; dum probris iurgator forte lacesſit:
Et fugientem illum perſequeretur: ait.
An mihi non liceat, te non audire loquacē:
Si maledicendi copia facta tibi eſt?
Egregias ædes aſarotaq; vermiculata
Monſtrantis faciem conſpuit ille Phrygis:
Addidit & cauſam: dum colluſtrauerit ędes
Sordidior viſus quod foret ille locus.

cum, cum cœnam facio, conduco. Rhetora, id eſt oratorem, qui cauſam pro illo diceret. Hunc quoq;. Laertius, cum aliquando, inquit, conuitijs ageretur: abibat, inſectatore vero perſequente, ac dicente, cur fugis? quoniam, inquit, tu male dicendi poteſtatem habes: ego non audiendi. Laceßit probris, id eſt prouocat iniurijs & contumelijs. Egregias ædes. Laertius, oſtendebat, inquit, ei ſimus Dionyſij quæſtor magnificè inſtructas ædes & pauimenta precioſa. Erat autem Phryx. Tum ille ſputū quam maximè potuit ei in faciem coniecit, indignante illo: non habui, inquit, opportuniorem locum. Pauimenta precioſa, nos vertimus in aſarota vermiculata. Sunt autē aſarota pauimenta ex teſſellis diuerſicoloribus depicta & variata, vnde vermiculatus adiecit Papinius in ſylua, ſuperantq; nouas aſarota figuras, & Sidonius Apollinaris. Aureas, inquit, portas exornantes aſaroticis lapillis. Vermiculata: ex Lucillo, qui pauimenta vermiculata dixit. Ordo eſt. Ille Ariſtippus conſpuit faciem Phrygis illius ſimi, quia ex Phrygia erat. Monſtantis ædes & aſarota. Ille locus, ſcilicet Phrygis illius.

Ius mmodicos sumptus carpebat amicus:
Et quod vestis erat tam preciosa sibi.
Si mala sunt, inquit, cur hęc in tēpla deorum
Admittunt fieri, religioq; iubet.
Dum carpit luxum conuiua Polyxenus, ille
Paulisper cum se continuisset: ait
An ne potes nobis cōuiua recumbere lętꝰ?
Ille refert: possum: si modo posse datur,
Ergo voluptates non tā reprehendis amice
Quā nimios sumptꝰ. quos mihi cœna facit,
Immodici sumptus illum insimulāte Platone:
Nōne Dionysi vita probatur, ait?

Illius immodicos. Laertius, cū probro, inquit, sibi daretur, quod preciose & exquisitissimè viueret: si vituperandum, ait, hoc esset: in celebritatibus Deorum profecto non fierent. Immodicos, magnos & immoderatos. Admittunt, recipiunt. Religio iubet, quod scilicet templa ornentur: atq; in sacris epulētur opiparè. Dum carpit. Laertius, intrauit, inquit ad illum aliquando Sophista Polyxenus, intuitusq; mulieres compositas, & magnifice instructum conuiuium: accusare luxum huiusmodi cœpit: continuit se ille modicè, ac demum, potes ne, inquit, hodie nobiscum esse? & cum ille annuisset: cur ergo, inquit, quæreris? Nempe enim certum est, te non delicatiorem mensam accusare, sed sumptum. Luxum nimium, cœnæ apparatum. Ille, scilicet Aristippus. Possum, scilicet lætus recumbere. Si datur, id est si mihi permittis posse recumbere. Immodici sumptus. Laertius, Platone, inquit, magnifici

Lautius at multo me viuit: nec tamen illi
  Ad bene viuendum splendida vita nocet.
Vltimus in cœna iussus discumbere: dixit.
  Per me splendidior hic erit ergo locus.
Iactator quidam nimium sibi forte placebat:
  Quippe quod enandi doctus in arte foret.
  Nonne pudet laudē te, dixit, quęrere ab arte
  In qua delphini gloria maior erit?
Quod nimio vino potus nunquā ebrius esset
  Iactanti: hoc, inquit, mulus & ipse facit.

illum apparatus & preciosæ supellectilis insimulantem: num, ait, tibi bonus Dionysius videtur? fatente illo: atqui viuit, inquit, ille quā ego magnificentius. Bene viuendum, id est fœliciter, nam in eo beatitudinem collocabat. Vltimus in cœna. Laertius, cogente, inquit, aliquando Dionysio, vt aliquid ex philosophia loqueretur: ridiculum, ait, est, si quidem me, vt loquar, rogas: & quando loqui oporteat: ipse me doces. Ad hæc indignatus Dionysius extremum omnium feci accumbere, sed ille, Illustrem inquit, hunc locum fieri & apparere voluisti. Per me, quia hic sedeo, vt non tam locus personam illustret: quam persona locum. Iactator quidam. Laertius, gloriabatur, inquit, ac sibi applaudebat quidam denatandi peritia: ad quem ille, nō erubescis, inquit, in ijs, quæ delphini propria sunt gloriari. Placebat sibi, id est superbus erat. Delphini, piscis natatu velocissimus. Quod nimio vino. Laertius, exultāti, inquit, cuidam, quod multum bibens non ebriaretur: hoc etiam, inquit, & mulus

Cur, si mercaris chrysendeta, deligis aurum:
At vitas hominum non ratione probas?
Quærenti, qualis fuerit mors Socratis, inquit,
O me fœlicem si mea talis erit.
Atque viæ comiti sibi ferre viatica sueto,
Pondere nummorum cum premeretur, ait,
Proijce, qđ nimis est: ad sumpt⁹ pauca teneto
Nam res est nobis quantulacunq; satis.

De Antisthene Atheniensi.

ANtisthenes patria Atheniensis, patre gẽtili, preceptorẽ habuit initio Gorgiam

mulus facit. Facit, scilicet quod nimio potu non inebriatur. Cur *si mercaris. Laertius, arguebat, inquit, maxime homines, quod in auctionibus quidem vasa inspicerent: vitam vero nequaquam probarent, hoc alij* Diogenis *fuisse volunt. Chrysendeta, vasa aurea, sæpe apud* Martialem. *Deligis, cotibus examinando. Ratione, arte & experientia. Quærenti qualis. Laertius, interrogatus, inquit, quomodo* Socrates *obijsset diem: vtinam, inquit, sic ego.* Atq; *viæ comiti. Laertius, gestabat, inquit, eius famulus in itinere pecuniam, & cum premeretur onere: effunde ait: quod nimis est: & fer ea quæ prevales. Viatica, id est viæ impensas. Quod est nimis, id est superfluum. Quantulacunq;, id est quantumuis parua.*

¶ De *Antisthene. Patria* Atheniensis, *quanquam mater ex* Thracia *fuerit: quod illi probro datum est. Patre gentili, id est eiusdem*

Leontinum: deinde Socratē. Hic, quemadmodum in Socrate diximus, ex matre fuit Thraicia, cum pater Athenīēsis esset. Hic primus Cynicā instituit sectā: princepsq́; in ea fuit. Obijt morbo: quo tēpore ingressus ad eum Diogenes cum sicca dixit: nunquid amico opus est? Cui ille, quis me, inquit, doloribus absoluet? Cynicus, ostensa sica: hæc inquit. & ille, doloribus dixi: non vita. Videbatur enim mollius perferre morbum amore vitæ.

Eius sententiæ sunt.

Cecropide quodā iactāte, quod indigena esset: Non es, dixit, eo nobilior cochlea.

nominis, hoc est Antisthenes æquè appellatus, nam gentiles sunt, vt inquit Cicero, in Topicis, qui eodem nomine appellantur. Gorgiam Leontinum, oratorem illum insignem, qui de re, quæcunq; illi proponeretur: ex tempore disputabat. Princeps, quia primus, alijs Diogenes magis celebratur. Obijt morbo, scilicet phthisi. Diogenes, illius discipulus. Cū sica, id est ense. Amico opus est, ad subleuandum te morbo. Hæc inquit, scilicet qua tibi mortem cōsciscas Mollius, non pro dignitate philosophi, eius præcipuè, qui Cynicæ fuit inuentor. *Cecropide quodam. Laertius, Antisthenes, inquit, Atheniensibus, quod indigenæ essent, gloriātibus exprobrans dicebat, illos cochleis non esse nobiliores. Indigena, id est, inde, hoc est Athenis genitus. Eo, scilicet quo indigena es. Cochlea, quæ non*

longe

Cumq; sibi quondam vitio fortasse daretur:
Ingenuus quod non esset vterq; parens
Ille, duobus sed nec luctatoribus ortus:
At sum luctator non mediocris, ait:
Dij faciant, vt me potius dementia verset:
Quam moueat sensus tetra libido meos.
Dicebat talis iucunda est fœmina: cui tu
Non multum, multum debeat illa tibi.
Si pulcham duces vxorem, publica fiet:
At si deformem, pœna sequetur, ait.

longe progreditur ab eo loco, in quo nata est. Cumq; sibi. *Laertius, probro, inquit, sibi dabatur aliquando, quod non esset ex duobus liberis genitus: neque, inquit, ex duobus luctatoribus, & tamen luctator sum. De hoc in Socrate diximus & in argumento.* Vterq; parens, *quia mater ex Thracia barbara erat.* Dij faciant. *Laertius, licebat, inquit, iugiter insania, potius quam voluptate, corripiar, nam multo magis voluptas, quam insania, mentem alienat: aut quia turpior est.* Moueat, *perturbet.* Tetra libido. *turpis.* Dicebat talis. *Laertius, dicebat inquit, & illud, oportet eiusmodi propinquare mulieribus, quę gratias habeãt. talis fœmina, id est eius conditionis. Nõ multũ, subaudi debeas, sed illa potius debeat tibi.* Si pulchrã duces. *Laertius, interrogãti, inquit, cuiusmodi vxorẽ duceret: si, inquit, formosam vxorẽ duxeris, cõmunẽ habiturus es, si deformẽ, pœnã. hãc sententiã Gellius Biãti tribuit lib. 5. cap. 10. sed hoc respõsum sic alij cõuertũt, si formosam ducã nõ habebo pœnã, sin deformẽ, nõ habebo cõmunẽ: ergo ducẽda est*

Scitanti, an ſapiens vxorem duceret: inquit,
Dic mihi, num ſapiens iudicor eſſe tibi?
Annuit ille, quidē, tum infert: ergo ego duxi
Vxorem: nec me pœnitet eſſe virum.
At iuueni, qui ſe tradebat forte docendum:
Dum quibus eſſet opus quęreret ille refert.
Nempe nouo libro, graphio, nouaq; tabella
Forte volens animum ſignificare rudem.
Prototypum amiſſum cum deploraret amic⁹
In quod contulerat: quæ memoranda fore,
Illa quidem, menti, dixit, mandare tenaci
Non chartis debes: quæ ſupereſſe cupis.

vxor.. *Scitanti an ſapiens. Laertius hanc non ponit: ſed alij huic tribuunt. Annuit, id eſt conceſſit illum eſſe ſapientem. Duxi vxorem, ergo ſapientiſſimuſquiſq; ducet vxorem, vſqueadeo de ducenda vxore ſapienti inter philoſophos non conſtat. Eſſe virum id eſt maritum.* *At iuueni. Laertius, Pontico, inquit, adoleſcenti, cum ſe illi in diſciplinam dare vellet: rogaretq;, qua nam re ſibi opus eſſet? libro, reſpondit, nono, ſtylo nouo, nouaq; tabella: animum ſcilicet ſignificans. Graphio, ſtilo, quo in ceris ſcribere conſueuerunt. Animū rudem, id eſt in quo, vt inquit Ariſtoteles, nihil eſt depictum.* *Prototypum. Lertius, familiari, inquit, quodam apud ſe deplorante, quod perdidiſſet cōmentaria, oportebat, ait, iſta animo potiuſquam chartis inſcribere. Prototypum, id eſt commentarios illos archetypos, ſiue, vt dicunt, origenales. Contulerat, tranſcripſerat. Supereſſe. id eſt permanere atque diu durare.*

Cumq; accepisset, sibi detraxisse Platona:
Et male rex audit: cum bene fecit, ait.
Cur in discipulos sic acriter inueheretur?
Et medici, si quos forte secare volunt.
Et cur tam pauci tibi sunt, argentea virga?
Quod procul a me illos exagitare solet.
Depresus fugeret cum mœchus, paruo, ait, ære
Infœlix poteras, quanta cauere mala?
Incurras potius coruos, quã blãdiloquentes.
Hi viuos: illi, quæ periere, vorant.

re. *Cumq; accepisset.* *Laertius, cum audisset, inquit, Platonem, si bi aliquando male dicere, regum, inquit, est male audire, cum benè fecerint. Platona. philosophum cõdiscipulum suum. Male audit, id est infamatur. sic Martialis, vxor tua Galle malle audit. Terentius quoq;, vulgus mulierũ, quod male audit.* Cur in discipulos. *Laertius, rogatus, cur acriter in discipulos inueheret? & medici, inquit, in languidos. Inueheretur. insultaret illos castigans acerbe. Secare. cauterio aut scalpello membra aut partes vitiatas scindẽdo.* Et cur tam. *Laertius, interrogatus, inquit, cur tam paucos discipulos haberet: quod argẽtea illos, ait, virga eijcio. Tam pauci scilicet discipuli. Argentea virga. qua vtebatur pro baculo & fuste. Exagitare. expellere ab schola mea.* Deprensus fugeret. *Laertius, cũ vidisset, inquit, aliquando fugientem mœchum, o, inquit, infœlix, quantum periculi vno obolo vitare potuisti. Paruo ære, id est, pecunia parua.* Incurras potius. *Laertius, præstare, inquit, dicebat, necessitate vrgente, in coruos quam in assentatores incidere, illos*

Ecquæ res homini invita forct optima rerum?
Quærēti, fœlix si moriaris, ait.
Carpitur, vt quōdam scabra rubigine ferrum,
Inuidus ipse sua rumpitur inuidia.
Immortalis eris, omniq; ex patre beatus,
Si caste & iuste vixeris atq; pie.
Cumq; inter ciues nullum discrimen habetur,
Tunc vrbs exitio est interitura graui.

quippe mortuos, istos viuentes deuorare. Coruos. qui mortuorum cadauera sectantur. Blandiloquētes, *id est, adulatores. quoniam diffiniuntur blandi inimici, quorum oppositi sunt veraces amici. quoniam, vt ait* Hieronymus *veritas rugosa est, & frontis amaræ.* Hi. *scilicet, adulatores, illi scilicet corui. Quæ periere, idest morticinia.* Ecquæ? *Laertius, rogatus, inquit, quidnam apud homines esset beatius, fœlicem, respondit, mori. hoc simile est illi* Silonis, *expectanda dies vltima semper erit.* Carpitur vt quondam. *Laertius diebat, inquit, sicuti rubigo ferrum, ita inuidiam inuidos consumere. Capitur, id est, corroditur.* Rubigine. *ferri ferrugine.* Scabra. *quæ scabra, id est, aspera est, ferrum asperum facit, quod aliàs erat leue.* Immortalis eris. *Laertius, eos, inquit, qui cuperent immortales esse, oportere dicebat, pie viuere ac iuste. sed cum triplex sit peccatum, aut in nos, aut in proximum, aut in deum: tria quoq; posuit aduersa, castimoniam, quæ nos reddit mundos, iusticiam, quæ nos alijs conciliat hominibus, pietatem, id est, religionem, quæ deo facit amicos & beneuolos.* Cumq; inter. *Laertius, ciuitates, inquit*

Dicenti, plures te laudant, quod scelus, inquit,
Admisi, vt videar pluribus esse bonus?
Est muro fratrum conuictus firmior omni,
Si modo concordes vnanimesque forent.
Illa paranda tibi sunt sola viatica, quæ si
Naufragium facias, te comitentur, ait.

quit, tunc interire dicebat: cum bonos nequeunt discernere à malis. Discrimen, id est, differentia. nam in hoc stat iusticia distributiua, vt cuiq; secundum dignitatem tribuantur bona, & secundum delicta pœnæ, alias soluitur societas ciuilis. Dicenti plures. Laertius, cum aliquando, inquit, à malis laudaretur: magna, inquit, anxietudine maceror: ne forte mali quidpiam fecerim. & iterum dicenti, inquit, sibi cuidam, multi te laudant: quid, ait, mali feci? Scelus admisi, id est, peccaui. Pluribus. ac si dicat malis, quia plerią; homines mali sunt ex Biantis sententia, ex hominum numero quæ putat esse malos. Est muro. Laertius, fratrum, inquit, qui essent concordes, conuictum omni pariete dixit esse fortiorem. hæc Salomonis ex prouerbio cap. Frater, inquit, qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Conuictus. societas, à conuiuendo. concordes & vnanimes idem est, nam cor pro animo capitur sæpe. Illa paranda. Laertius, dicebat, inquit, paranda esse viatica, quæ cum naufrago simul enatarent. hæc est illis similis Biantis. disce bonas artes, miserisq; viatica canis. hoc est, virtutes, quæ, vt dicit Basilius, cum naufrago enatant, neq; possunt à fortuna, sed neq; a natura rapi.

Quærentiq́; malis cur olim cogrederetur?
  Et medici ægrotis: sed neq; febricitant,
Vt lolio messes purgatas, sic quoq; & vrbes
  Non bene moratis ciuibus esse decet:
Quid sibi contulerit sapientia, forte rogantis,
  Semper, ait, mecum posse notata loqui.
Quæ doctrina foret magis opportuna, rogatus?
  Imprimis, inquit, dedidicisse mala.
Delicias cuidam laudanti vita, ait ille,
  Hostibus eueniat deliciosa meis.

rupi. *Querenti malis. probro, inquit, sibi dabatur aliquando: quod cōgrederetur malis, at medici, inquit, inter infirmos versantur, neq; tamen fabricitant.* Malis, *id est, cum malis,* Vergilius *primo* Aeneid. *impar congressus* Achilli. *hoc simile est illi* Diogenis, *turpia, dicenti, quid adis loca?* Vt lollio. Laertius: *absurdum, inquit, esse dicebat triticum purgare lollio: bellumq; inutili milite: rē vero publicam immundis non exhaurire.* Lollio. *herba, quæ in frumentis mixta nascitur, hispane est vallico.* Bene moratis, *id est, bonis moribus institutis.* Quid sibi contu. *rogatus, inquit, quidnam ex philosophia lucratus esset? mecum ast colloqui posse.* Notata, *id est, ea, quæ in alijs auctoribus notaui.* Que doctrina. Laertius, *rogatus, inquit, quæ disciplina esset magis necessaria? mala, inquit, dediscere.* Dedidicisse, *id est, obliuisci. ex hoc genere est illud* Timothei Milesij, *qui solitus erat duplices exigere mercedes ab ijs, quos alius instituisset.* Delicias cuidam. Laertius, *cuidam, inquit, delicias laudanti, inimici, ait, delicate viuant. ac si dicat, talis vita hostibus*

De Diogene Sinopæo.

Diogenes patrẽ habuit Icesium mensarium patriam vero Sinopem Ponti vrbem, pręceptorem vero Antisthenem. fugisse autem dicitur cum patre, quod, cum publice mensam haberet, pecuniam falso signauit primus pãno duplici & pera, baculo atq; dolio fictili pro domo vsus est. Obiit prope nonagenarius Corinthi, quo die Alexander magnus Babylone.

Eius sententiæ sunt.

An ne viros vsquã vidisset? sola videndos.
Sparta dedit pueros, Græcia nulla viros
Carpebat multos, quod auari, q̃d doctiq; biformes
Culparent nummos, diligerentq; simul.

bus optanda est irritatus est autem Ouidium in amoribus honestis bus eueniat vita seuera meis. De Diogene. *Icesius mensarius, qui dicitur græce trapezita Sinope. penultima longa. vrbs* Ponti *regionis* A*siæ contermina* By*thiniæ.* P*anno duplici, veste, quæ dicitur abolla, græce vero dyplòis.* Horatius de Diogene. *contra quem duplici panno patientia velat.* An ne viros. *Laertius, interrogatus, inquit, vbi nam Græciæ viros vidisset bonos, viros, quidem, ait, nusquam, sed Lacedæmone pueros vidi Sparta. eadem est Lacedæmon.* Pueros. *quia, vt* Aristo. 10. Ethi. *scribit, in Lacedæmoniorũ ciuitate vel sola vel cũ paucis cura videtur adhibita circa eruditionẽ puerorũ.* Græcia *nulla, id est, nulla pars Græciæ.* Carpebat *Laertius,*

Et qui laudabant esores diuitiarum,
  Atq; imitantur eum, qui sibi quęrit opes?
Diuitiis certant & honoribus accumulari
  Mortales, nemo cogitat esse bonus.
Nec non grãmaticos carpebat, q mala Vlyssis.
  Lugentes, possunt dissimulare sua.
Atq; mathematicos, quod solem & clara tuetes
  Sydera, negligerent quod foret ante pedes.
Cantores etiã taxabat, quod male mores
  Concordent animi, conueniatq; lyra.

tius. carpebat, inquit, cupidos, quòd pecuniam vituperarent, ac summe diligerent. Biformes, id est, varios, cum aliud dicerent, aliud facerent. Et qui laudabant. Laertius, reprehendebat, inquit, eos, qui iustos, quod pecuniam contemnerent, laudabant, pecuniosos autem imitari satagebant, est sententia prope modum similis superiori. Diuitijs certant. Laertius, congregatis, inquit, ad se plurimis exprobrauit, vt qui ad inepta studiose concurrerẽt, ad cavero, quæ grauia essen, & vtilia, negligẽtes conueuirent, atq;, vt boni & probi fierent, curare neminem. Accumulari. augeri. Nec non gramaticos, inquit, admirabatur, quod cum Vlyssis mala requirant, sua ignorarent. Vlyssis. qui ab Homero inducitur in Odyssea calamitosus, qui per totum orbem decẽ annos errauit, quemadmodum apud Vergiliũ Aeneas septẽ. Atq; mathematicos. Laertius, mathematicos, inquit carpebat, quod solẽ & lunã & sydera intuentes, quæ ante pedes essẽt, negotia negligerẽt, quod de Thalete dictũ est. Mathematicos, astrologos. Cantores etiã, musicos, inquit. Laertius

de illo

Atq; oratores, quod ab omni parte laborant,
Cum minime faciant, iusta & honesta loqui.
Dum captus venit, quid sciret forte rogatus,
Ingenuis, dixit, imperitare viris.
Tunc ad præconem, dic, inquit, voce sonora,
Quis dominum precio vult sibi ferre domũ
Cumq; illum stantẽ prohiberet mango sedere,
Quoq; modo iaceat piscis emetur, ait.
Testacei vasis rimas crepitu digitorum.
Explorant homines, ne capiantur, ait.
Cum redimunt seruos, nõ curt, ne capiat se
Sola hominis facies, multiplicesq; doli.

de illo in ius vocabat, quod cũ lyræ chordas congrue aptarent: animi mores incõcinnos haberẽt. Taxabat, id est, carpebat & notabat. Cõueniat, id est, consonas voces habeat. Atq; oratores. Laertius oratores, inquit, agebat, quod studerẽt iusta dicere: non aũt & facere. Iusta & honesta: vnde plerumq; ab illis deducuntur argumenta. Dũ captus venit. Laertius, refert, inquit, Hermippus in vẽditione Diogenis, quod captus & vẽditus cũ rogaretur, quid sciret agere, respõderit, scire se viris imperare. Venit. vẽditur. Quid sciret quã artẽ ex seruilibus videlicet. Tũc ad præconẽ. ad præconẽ, inquit, dixit: prædica, quis nã sibi dñm emere vult? Voce sonora, alta & clara. Cũq; illũ stãtẽ, Laertius, sedere, inqt, prohibitus: nihil, dixit, refert, nã & pisces, quomodolibet iaceãt emi. Stãtẽ & volẽtẽ sedere. Mango venaliciarius, id est, qui seruos vendit. Quoq; modo. i. quocũq; modo, siue erectus siue iacens. Testacei vasis, Laertius,

mirari

Et digito monstrans peregrinum dixit: amice
Huic me vende precor: cui opus est domino
Emptoriq; suo dixit: parere necesse est
Te mihi: quẽ possis vendere tu dominus.
Nãq; gubernator seruus, medic⁹ quoq; seru⁹
Hic ægris, nautis imperat ille suis.
Cumq; soluturos precium profitentur amici
Quo sibi libertas restituatur, ait.
Stulti, qui reputant homini parere leonem

mirari, inquit, se dicebat, cum ollam quidem ac operculum non sine tactu ac tinnitu emamus, solo in homine emendo aspectu contenti sumus. Testacei vasis, id est, fictilis. Crepitu digitorum. Martialis de matella fictili. dum poscor crepitu digitorum. Persius, pulsa dignoscere cautus, an solidum crepet. Ne capiantur, id est decipiantur. Multiplicis doli. quia homines multos habent & varios recessus. Et digito monstrans. Laertius, cum repente, inquit, aspexisset Corinthium quendam habitu ingenuo prætereuntẽ, scilicet Xeniadem, hunc digito denotans, huic me vende, hic enim domino indiget. emit igitur illum Xeniades, Corinthumq; secum adducens filijs preceptorẽ dedit, & omni domuit præfeci. Emptori suo. Laertius, dicebat, inquit, Xeniadæ emptori suo, ipsum sibi, quamuis seruus, obtemperare. nã & medicus & gubernator si seruus sit, vtiq; sibi paretur. Quem possis vendere, iure gentium, nam reuera ille seruit, qui vitij animi laborat. Imperat, ergo ea parte superior est. Cumq; soluturos. Laertius, refert, inquit, Cleomenes in libro qui pedagogus inscribitur, necessarios suos illum redimere voluisse: illum

Non potius dominis imperitare suis
Nãq́ fere proprium est pauidos terrere magistros,
Et dñi seruum pertimuisse minas.
Quo pacto vellet sepeliri, cum mrreretur:
Querenti dixit, pronus & in faciem.
Scitanti rursus causam: quia funditus, inquit
Inuertenda breui tempore cuncta forent.
Ecubi, querenti, moriturus vellet humari
In medio, dixit, membra iacere sine.
Alitibus ne iubes exponi turpe cadauer?
Quo volucres abigam: me prope fustis erit.

se: illum vero eos fatuos dixisse: neque enim leones seruos esse nutrientium, sed è contrario illos seruire leonibus: nam serui timere est, feras vero hominibus terori esse. Quo pacto: *Laertius, percontanti, inquit, Xeniade, quo pacto se sepeliri mallet: in faciem: inquit, illo causam interrogante: quoniam, inquit, post modicum inferiora conuertenda sunt. Dixit autem hoc, quia Macedones iam obtinerent: atque ex humilibus sublimes fierent.* Ecubi querenti. *Laertius, hanc integram non ponit: sed apposita est ex primo Thusculanarum quæstionum libro. Durior, inquit, Diogenes, sed vt Cynicus, asperius proijci se iussit inhumatum. Tunc amici, volucribus ne & feris? minime vero, inquit, sed baculum prope me, quo abigam, ponitote, qui poteris, illi non enim senties? quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti. In medio, id est vbicunq; & vulgo. Laertius in Ilisum fluuium dicit: Alitibus ne. verba amici. Quo volucres. verba Diogenis. At sentis*

At sentire nihil poteris tunc mortuus: ergo
Nihil mihi sensuro quid laniatus obest?
Heꝰ homines quondā magno clamore ciebat,
Cumq; illuc plures congrederentur: ait,
Ast ego certe hoīes, nō purgamenta, vocaui.
Nam mihi vos homines nō satis esse liquet.
Iamq; senescenti cum quidam diceret: heus tu
Parce senectuti, teq; labore leua.
In stadio, dixit, currenti iam prope metam
Laxandus cursus, an properandus erit?
Cumq; peregrini cuperent Demosthenis ora
Conspicere: in illum porrigit is digitum:

re. verba amici. Ergo. Diogenis verba. Heus homines. Laertius, cum clamasset, inquit, aliquando, heus homines, cōuenissentq; plurimi: virga illos agebat, dicens, homines non purgamenta vocaui. Heus homines, o homines. Ciebat. vocabat. Illuc. vbi ipse clamabat. Homines. intelligentes & ratione vigentes. nā alij simulachra hominū sunt, non homines. Purgamenta, id est feces hominū. Non liquet, id est non constat. Iamq; senescenti. Laertius, cum diceretur, inquit, sibi, senex es, iā quiesce à labore. quid enim, ait, si in stadio currerē: ad finem oporteret cursum remittere, & non magis intendere? Parce senectuti, id est abstine à labore, qui senibus nocet. In stadio. in ludis olympiacis, de quibus supra: quorū etiam Paulus Apostolus meminit. Cumq; peregrini. Laertius, peregrinis, inquit, aliquando Demosthenem videre cupientibus, mediū intendens digitum, hic, ait, vobis est Atheniensium orator. Ora. faciem

Qui medius numero ex oi famoſus habetur
  Atq; ait:en vobis rhetora Cecropidum
Cum medicos, vrbis rectores, & ſapientes
  Conſpiceret dixit, nil homine eſt melius.
Cum coniectores, vates, atq; ambitioſos:
  Nil homine eſt rurſus, dixit, inane magis.
Vilia dicebat magno venire frequenter,
  Et paruo rurſus quæ precioſa forent.
Millia nãq; parãt ſtatuã tibi cum tamen ære
  Paruo frumenti teſſera poſſit emi.

ciem & vultũ. quem vt viderent, multi peregrinati ſunt. Porrigit *digitum mediũ. infamẽ digitũ appellabant eum, qui medius eſt omnium quinq;, ac perinde longior. porrigebatur in opprobrium, quemadmodum tempeſtate noſtra pollex inſertus indici atque medio. Martialis. rideto multum, qui te Sextille cynedum dixerit: & medium porrigito digitum. idem alibi, oſtendit digitum, ſed impudicum Alconti Symachoq; Daſioq;. & Iuuenalis. mediumq; oſtenderet vnguẽ. Famoſus, id eſt infamis: qui & verpus dicitur. Cecropidum, id eſt Cecropidarũ, hoc eſt, Athenienſiũ.* Cum medicos *Laertius, dicebat, inquit, cum intueretur in vita gubernatores, medicos, atq; philoſophos, animaliũ omniũ ſapientiſſimũ eſſe hominẽ: cũ inſpiceret ſomniorũ interpretes, cõiectores, vates, vel huiuſmodi cæteros, vel qui gloriæ aut diuitijs addicti eſſent, tum demum nihil ſe inanius exiſtimare homine, aiebat, arbitrari. Cõiectores. propriè dicũtur ſomniorum interpretes, à conijciendo, id eſt cõiectando.* Vilia dicebat. *Laertius, dicebat, inquit, quæ ſunt precio-*

Quærẽti, quo sit prãdendum tẽpore, cum vult
Diues, ait, pauper tempore, quo poterit.
Forte man⁹ puer in speciẽ formauerat ambas
Cotylæ, & e puro fonte biberat aquam
Tunc vase ex pera proiecto: vilius, inquit
Dum bibit: est visus nos superasse, puer
Cum puerum rursus, perfracto vase videret
Lentem pane cauo sumere forte datam
Proijcit & lancem, studio permotus eodem
Atq; ait, hic sumptus nempe minoris eget.

sißima ex minimo venire, & è contrario, denique statuam tribus millibus emi, farinæ vero chœnicem duobus æreis. Venire. vendi à veneo. is. Millia, plura, dixit autem tria. chœnix, mensura est frumenti, qualis apud latinos tessera: quamquam & tessera Græcum quoque sit. *Quærenti quo sit. Laertius, interroganti, qui nam hora prandere oporteret: si diues, inquit, est: quando vult: si pauper cum potest.* *Forte manus. Laertius, intuitus, inquit, aliquã do puerum concaua bibentem manu: cotylam pera productam abiecit, dicens. Puer me vilitate superauit. In speciem cotylæ, id est in similitudinem aqualis vasis. Dum bibit vilius, id est minori sumptu & apparatu.* *Cum puerum. Laertius, cum vidisset, inquit, puerum vasculo perfracto concauo pane lenticulam suscipientẽ: proiecit catinum eodem studio, id est eadem ratione, qua superius dixit cotylam proiecisse. Hic, scilicet puer. eget minoris sumptus, id est vilius potest viuere, hoc est minus est illi opus.*

Cumq; olim Megaris puerorum corpora nuda
Pellibus & tectas forte videret oues:
Ergo villosæ pecudis præstantior, inquit
Proles quisq; viri quã Megarensis erit.
Huic apricanti Macedo cum obsisteret, inquit
Ex me Diogenes ecquid habere petis?
Ille nihil: tantum paulo absis inquit, amice
Nam mihi apricanti, quã facis, vmbra nocet
Magnꝰ Alexãder, ego sum rex deniq; regum
Ast ego Diogenes maximus ille Canis.
Subdit Alexander, num se fortasse timeret?
Dic mihi, cui Cynicus: nũ bonus an malꝰ es?

Cumq; olim. Laertius, apud Megarenses, inquit, intuitus oues pellibus tectas, illorum autem filios nudos: ait, præstat Megarẽsis arietem esse, quam filium. *Megaris.* Megara. orũ. oppidum non longe ab Athenis. *Villosæ pecudis*, id est ouis. Ordo est. Ergo quisq; erit proles, id est filius præstantior, id est melior villosæ pecudis quam viri Megarensis. *Huic apricanti.* Laertius, ad solem inquit sedenti sibi aßistens Alexander ait. Pete à me, quod vis. At ille, noli, inquit, mihi vmbram facere. *Apricanti*, id est ad solem se calfacienti. Nam apricari est soli expositum esse. *Obsisteret Macedo*, id est Alexander rex Macedonum se illi opponeret. *Ille nihil*, subaudi petijt, aut ad interrogata respondit. *Absis*, id est amoue te hinc. *Magnus Alexander.* Laertius, Alexandro, inquit, illi aßistente, ac dicente sibi, ego sum Alexander magnus ille rex: at ego inquit sum Diogenes Canis. *Subdit Alexander.* Laertius, Alexandro

Retulit ille bonus: Cynic⁹ tunc intulit ergo
Si bonus es: nulli nempe timendus eris
Tum Macedo comites affat⁹ ait: nisi qđ sum
Magnus Alexander: Cynicus esse velim.
Dissereret quidam cum de cęlestibus: heus tu
Dic, ait, e cęlo nunquid amice venis
Scitanti cuidam causas, cur palleat aurum
Illi quod plures insidiētur, ait.
Cum murem ad mēsas irrepere forte videret!
Inquit, Diogenes en parasiton habet.
Dum vetulæ immodicā vult tollere religionē:
Prona quod in facien procidit ante deos:

inquit, stante, ac rogante: num me times? quod enim, inquit, es: bonum an malū? dicente bonū: quis ergo, inquit, bonū timet? Tum Macedo. Laertius, Alexandrū, inquit, dixisse ferunt, q, nisi Alexander esset: Diogenē se esse voluisset, ac si diceret: nisi quod sum iam in hoc statu & cōditione positus, vt iam mihi nō sit integrum fieri priuatus, hanc certe sortē Diogenis eligerem. Dissereret quidā. Laertius, ad eum, qui de cælestibus disserebat: quādo, inquit de cælo venisti? De cælestibus, id est ijs, quæ ad Astrologiā pertinent. Scitanti cuidā. Rogatus, inquit, cur pallēs esset aurū? quia multos habet insidiatores. Cum murē. Laertius, muribus ad ipsius mēsam subrepentibus: ecce, inquit, & Diogenes parasitos nutrit. Irrepere. paulatim & sensim procedere. Parasitō, id est aßidentē alicui gratia ciborū: nā illi prope dicūtur parasiti, qui victus gratia adulātur. Dū vetulæ. Laertius, inspexerat, inquit, mulierem

Nõne vides mulier, cum sint Iouis oĩa plena
Quod vertas, inquit, terga inhonesta deo:
Narranti vitam Calisthenis esse beatam:
Quod conuiua frequens regius esset: ait
Immo est ille miser: qui cœnat q̃ndo videtur
Non sibi: sed regi, cuius amicus erit.
Ex illo quondam magno quærente Philippo
Quas artes: aut quem te profiteris: ait.
Explorator ego insatiabilis ambitionis.
Atq; tuæ verus testis auaritiæ.

rem inhonestius dijs procidentẽ: eius igitur superstitionẽ auferre volens: accurrit dicens, nõ vereris mulier, ne forte stãte post tergũ Deo, cuncta enim ipso plena sunt: inhoneste te habeas. Immodicã, immoderatã & nimiã, quæ tũc superstitio debet appellari. Prona. *cernua & inclinato capite.* Iouis omnia plena, ex Vergil. in Buco. Lucanus quoq; in. 9. Iupiter est quodcunq; vides: quodcunq; moueris. Terga inhonesta, id est turpẽ partem, quæ à tergo est. Narranti vitã. *Laertius, beatus, inquit, dicebatur Calisthenes, quod magnificis ab Alexandro apparatibus exciperetur, at infœlix, inquit, est, qui tum prandet ac cœnat, cum Alexandro videtur.* Calisthenis, *qui aliquando apud Alexandrum gratia & autoritate plurimum valuit: sed postea ab illius amicitia est alienatus.* Ex illo. *Laertius, refert, inquit, Dionysius, illum deprehensum abductum ad Philippum, à quo quid esset? interrogatus: explorator, inquit, insatiabilis auiditatis tuæ. Ex quo admirationi habitus: liber dimissus est.* Philippo. *patre Alexandri atque*

Quo ducenda viris vxor sit tempore: nōdum
Est iuueni: nullo tempore habenda seni
Quidvis accipere: vt colapho te cędere possim
Dicenti: galeam, qua excipiatur: ait
Et se comenti: maribus si pecteris inquit:
Vanus es: at nequam: fœmina si petitur.
Forte puer roseo suffuderat ora rubore:
Confide: hic ait: est in probitate color

Macedonum rege. *Quo ducenda viris.* *Laertius, rogatus, inquit, à quodam, quo tempore ducenda sit vxor. Iuuenibus, inquit, nondum, senibus vero nunquam.* *Nondum iuueni. ergo breue est admodum tempus, quo vxor conueniat: si nec iuueni nec seni conuenit,* *Quid vis. Laertius, interrogatus, inquit, quid nam vellet, vt colaphum acciperet: galeam, inquit.* *Quid vis. Ille de precio interrogabat, sed Diogenes eludit illum sua patientia. Colapho pugno impacto. Excipiatur. colaphus ille sustineatur.* *Et se comenti. Laertius, adolescentem, inquit, intuens se componentem: si quidem, ait, ad viros, frustra. sin autem ad mulieres, nequiter. Comenti. ornanti se. Pecteris. Iuuenalis, tamq; à tonsore magistro pecteris. Vanus. es. quia vanum est, quod suum finem non consequitur. Nequam. libidinosus. vnde nequitia ipsa libido, quæ facit homines nihili. Petitur, id est queritur.* *Forte puer. Laertius, vidēs, inquit, adolescentulū rubore perfusum: cōfide, ait, fili huiusmodi est virtutis color. Rubore roseo. qđ est pudoris signū in ea ætate laudabile. Verg. 1. Georg. At si virgineo suffuderit ora rubor*

Color

Iſmenias,quondã narranti,quod optimus eſſet
Tibicen,dixit peſsimus ergo vir es.
Et percontanti,quod vinum ſuauius eſſet?
Si quod, ait,nullo conſtiterit precio.
Dũq; duos rabulas cernens dãnaret, vtrumq;,
Hic iam furatur,nondum,ait,ille poteſt
Complures illi quidam dicebat amicus,
Te rident ,at non rideor,inquit,ego.
Viuere nempe malum eſt dicenti, viuere certe
Nõ mala res,ait,eſt,ſed mala vita malum eſt.

Color probitatis,id eſt,ſignum. Iſmenias. Laertius hanc iiſdem prope verbis ponit.Iſmenias autem cantor fuit illa tempeſtate,meminerunt illius Plato,Apuleius,Baſilius ille magnus. Et percontanti.Laertius,rogatus,inquit,cuiuſmodi vinum libentius biberet: alienum inquit.Quod vinum:quod vni genus? Nullo precio . quia non empta ſuauiora ſunt. Cumq; duo,Laertius,cum duos,inquit aliquando audiſſet legiſperitos:ambos damnauit; dicens , alterum quidem furatum,alterum vero non potuiſſe.Rabulas,ſic Cicero appellat ineptos iuriſconſultos,ſiue actores cauſarum.arabie inſtãdi negotijs.vnde Seneca tragicus, hic clamoſi rabula fori iurgia vendens improbus iras & verba locat. Complures.Laertius,dicente,inquit,ſibi quodam,plures te irrident,at ego,inquit,nõ irrideor. Non rideor,id eſt,riſu illorum non confundor. Viuere nempe. Laertius,dicenti,inquit,malum eſſe viuere:non,inquit, viuere malum eſt:ſed male viuere.viuere & vita idem eſt.quæ aliter à vulgo aliter à ſapientibus accipiuntur:nam vulgus bene viuere eos dicit:

qui vos

Dicenti,seruum fugitiuum quæreret:vtq;
Magna illum cura persequeretur,ait,
Ridiculum, seru⁹ sine me cum viuere possit:
Non sine seruo me viuere posse.putes.
Quali natura canis esset:cum rogaretur,
Si satur:acris,ait:blandus,at esuriens.
Cur coram multis manducet sæpe,roganti:
Quod coram multis sæpe, ait, esurio.
Si prandere nihil,quod turpe est,cõtinet, ergo
Nec prandere palam res inhonesta foret.

qui voluptatibus operam dant.Horatius,si bene qui cœnat:bene vixit.& Catullus,viuamus mea Lesbia atq; amemus.& Martialis sæpe. Dicenti seruum. *Laertius, consulentibus,inquit,vt fugitiuum requireret seruum:ridiculum,inquit,est,si Manes absq; Diogene viuat:Diogenes absq; Mane non possit.Seruum scilicet Manem,sic enim appellabatur.Ridiculum,subaudi est.Putes,id est,si putes.sic Iuuenalis,in cœlum iusseris ibit,id est,si iusseris.*Quali natura.*Laertius,rogatus,inquit,qualis esset canis . ésuriens , inquit, blandus,satiatus vero Molossicus. sed qui hoc quærebat : de ipso Diogene,qui Canis cognominabatur,intelligere videtur . Nam interrogatus aliquãdo,cur Canis vocaretur?quod eis,inquit,blãdior qui dant:in eos vero,qui non dant,oblatro,malos autem mordeo. Acris.qualis est Molossicus,id est,Epiroticus:nam Molossi populi sunt Epiri.* Cur coram.*Laertius,hanc eisdẽ verbis ponit.erat autem Cynicorum illud proprium,quod non pudebat illos quicquã publice operari,ex ijs quæ naturalia sunt.* Si prandere.*Laertius*

vtebaq;

Atq; palam coiens vtinam sic iure liceret
Perfricto, dixit, ventre carere fame.
Cum iurgaretur signasse numismata falso,
Ille exprobrantis verba refellit ita.
Olim qualis ego fueram: tu pessime nunc es
Tu sed eris nullo tempore, qualis ego.
Magnificas Myndi portas vrbē quoq; paruā
Cernens, Myndenses talibus alloquitur.
O prohibete nefas, & portas claudite, nā sic
Mœnia per portas egredientur, ait.

vtebatur, inquit, huiusmodi conclusionibus, si prandere nihil mali est, neq; in foro prandere malum est. non est autem malum prandere: nec in foro quidem prandere malum est. Atq; palam coiens. *Laertius, cum ante ora omnium iugiter operaretur: vtinam liceret, dicebat, sic perfricato ventre à fame conquiescere. Coiens. aliud turpius faciebat: quod & Galenus de Diogene dixit. Perfricto, id est, perfricato quoniam vtroq; modo dicitur. Iuuenalis, si praritfrictus ocelli angulus.* Cum iurgaretur. *Laertius, exprobrantem, inquit sibi, cur aliquando pecuniam falso signasset. tempus, inquit, fuit, cū talis eram qualis tu modo: qualis autem ego modo sum, nunquam tu eris. Refellit. confutauit: qualis ego fueram scilicet malus. qualis ego. subaudi nunc sum.* Magnificas Myndi. *Laertius, Myndum, inquit, profectus cum videret magificas portas & vrbē modicā, viri, ait, Myndi portas claudite: ne vrbs vestra egrediatur. est autem Myndus vrbs Ciliciæ. Nam sic, scilicet portis. Mœnia. vrbis ædificia & domus, Vergilius. 2. Aeneid. fessi per mœnia Teucri cōticue-*

Cur potius cæcis & claudis quã sapienti.
Impendunt homines: forte rogatus erat.
An quia, se potius mendices quã sapientes,
Respondit, fieri posse aliquando putant:
Profectus Spartã cum forte rediret Athenas,
Scitanti cuidam, quo bone & vnde venis:
Scilicet a maribus, dixit, se nempe redire
Fortibus atq; viris ad muliebre genus.
Cum peteret saxis populum de fornice natus,
Ne patrem ferias, inquit, amice caue.
Turba canẽ prandẽtẽ illum cum diceret, inquit

cuere: Cur potius. Laertius, interrogatus, inquit, cur mendicis impenderent: non autem philosophis, quia claudi, ait, fieri potius, quam philosophos euadere sperant. Impendunt. donant, largiuntur q; beneficia. An quia. respondet per an more eorum, qui problemata soluunt, ac si dicat, forte causa est: quia vnusquisq; à simili ori mouetur, & quia magis distant à sapientia quam ab infortunijs ideo sui similibus largiuntur. Profectus Spartã. Laertius, reuertebatur, inquit, ex Lacedæmone Athenas, interrogatusq; quo & vnde? à viris, inquit, ad mulieres. Spartam Lacedæmona. Quo bone? subaudi tendis. Et vnde? subaudi venis. A maribus, id est, à Laconibus viris fortissimis Ad muliebre genus, id est, mulieres. hoc est, Athenienses viros molles. Cum peteret. Laertius, cum scorti filium in turbas iactantẽ lapides cerneret: caue, ait, ne patrẽ ferias Natus de fornice. i. ex lupanari, vagoq; cõncubitu. Patrẽ. quia forte is, quẽ lapide perteret esset. Turba canem. Laertius, prandenti,

inquit

Qui me circunſtant, ſunt magis ergo canes.
Cũ dominꝰ domui inſcripſiſſet: res malla nulla
Huc intret: dominus qua ingredietur? ait.
Cumq́ꝫ deis ſapiens ſit amicus, cuncta deorum
Atqꝫ ta cœna philon, hæc ſapientis erunt.
Dumq́ꝫ aliquis motũ: cum diſputat: eſſe negaret
Ille mouens artus, en ego, ait, moueor.

inquit, in platea, qui circunſtabant: iugiter dicebant, canis, canis, at ille, vos canes eſtis, qui prandentẽ circum ſiſtiſtis. Sunt magis canes, quia canum eſt ſpectare prandentes: vt veſcantur reliquijs illorum. Cum dominus. Laertius, ſpadone, inquit: quodam ſtolido domui ſui inſcribente, non ingrediatur malum: dominus, ait, domus qua nam ingredietur? Dominus, ſpado ille. Nulla res mala. quod pro amuleto inſcripſit: ſunt autem amuleta, quæ fiunt ob pericula amolienda. Qua, id eſt, per quam partem: ſi ipſe malus eſt. Cũq; deis Laertius, omnia, inquit, ſapientum eſſe dicebat: huiuſmodi rationibus vtens, omnia, inquit, deorum ſunt, amici autem ſunt ſapientibus dij, ſunt autem amicorum cuncta communia: omnia igitur ſapientum ſunt. Ta cœna philon, id eſt, amicorum communia. quod à Pythagora primum eſt dictum: ſed à latinis verbis græcis vſurpatum: ſicut illud Thaletis, noti ſe auton. Martialis. candide cœna philon. Et iterum, dicis candide cœna philon. Dumq; aliquis. Laertius, dicente ſibi quodam, non eſſe motum: exurgens ambulabat. Ego moueor. ac ſi diceret, quod motum eſſe negas, omniũ ſenſui repugnat, non igitur hæc res verbis ſed ſenſu diiudicanda eſt.

Atq; cauillanti, quod haberet cornua: frontem
Ipse manu tractans, non, ait, illa premo,
Iurgabat plures, quod pro valitudine sacrum
Cum facerent: contra vota salutis edunt.
Conuiuis coram calcans aliquando Platonis
Puluinar: fastum calco Platonis, ait.
Cui Plato: Diogenes fastu maiore superbis:
Dum fastum fastu vincere posse putas.

est. Atq; cauillanti. Laertius, ratiocinanti, inquit, cuidam & concludenti illum habere cornua: manu frontem palpans equidem illa non video. huiusmodi quæstiones, ex quibus infertur, illum cum quo disputamus habere cornua, ceratinæ dicuntur. vt Seneca in epistolis ad Lucillum. Sedebam, inquit, ociosus & huiusmodi quæstiones ponens. quod non perdidisti habes, cornua non perdidisti, ergo cornua habes. dicuntur autem ceratinæ quasi cornutæ, nam cera ceratos est cornu. Quintilianus, Gellius, Lucianus, atq; hic auctor, quem sequimur, huiusmodi quæstionum ceratinarum meminerunt. Iurgabat. Laertius, stomachabatur, inquit, eis qui pro bona valitudine sacra facerent: inter sacrificia contra sanitatem cœnarent. hoc est quod Persius poeta dicit, poscis opem neruis, corpusq; fidele senectæ, esto age, sed grandes patinæ tuccetaq; crassa annuere iis superi vetuere. Conuiuis coram. Laertius, calcans, inquit, Platonis aliquando stratum, præsentibus Dionysij amicis, quos ille inuitarat, dixit, calco Platonis inane studium. ad quem Plato, quanto, inquit, o Diogenes fastu tumes, dum superbiam te calcare putas. Puluinar. stratum

tum

Laudabatq; virum, sibi qui cum ducere vellet
Vxorem, nullo est tempore ducta domum.
Et qui mõstra maris preciosa pericula mũdi
Visurus, nunquã nauigat ille tamen.
Quiq; gubernãdos audet sibi poscere ciues,
Et rem communem: nec moderatur eam.
Cur homines certant de lana sæpe caprina
Dicebat, nec qua sint ratione boni?
Affectus ratio superet, fiducia fortem,
Naturæ lex est obiiciẽda viris.

tum ex multis puluillis. Fastum. superbiam. Fastum fastu. ergo maior est tua superbia quam mea. Laudabatq; virum. *Laertius, laudabat, inquit, qui vxores ducturi fuissent, & non ducerent, & qui nauigaturi, non nauigarent, quiq; accessuri ad remp. minime accederẽt.* Nullo tempore. *ergo censet non ducendam, quanquam propositum illi sit ducere.* Preciosa pericula, *id est, magna, & quæ mortis precio sæpe constant.* Rem communem, *id est, publicam.* Cur homines certant. *hæc similis illi est superiori, diuitijs certant.* De lana caprina. *de re inutili: & est sumptum ex* Horatio. Affectus ratio. *Laertius, aiebat, inquit, obijcere fortunæ quidem confidentiã naturæ legem, perturbationi rationem.* Affectus, *id est, perturbationes ratio siue prudentia debet moderari, & superare: quia tranquillitas animi ratione fieri debet.* Fiducia fortem, *id est, fortunam debet superare. quia peritia, quæ fiduciam parit, facit vitam nostrã per artem, imperitia vero per fortunam incedere.* Et lex est opponenda naturæ à viris. *quia impetus naturales lege sunt moderandi,*

Et bona fortunæ cunctos optare: quod essent
　Velamen vitijs sed perinane suis.
Cumq; sagittator lentos male flecteret arcus.
　Ad scopon accedens, ne feriamur, ait.
Cur mendicaret, non mendicante Platone?
　Quærenti cuipiã, protinus ille refert.
　Ille quidem mendicat, sed mẽdicat in aurẽ:
　Ne quis eum turpi viuere ab arte putet.
Querenti cuidã, nunquid mors est mala? dixit:
　Quam non sentimus, qui licet esse malam?

di. Et bona fortunæ. Laertius, nobilitatem, inquit, & gloriam & huiusmodi cætera ridebat, dicens, maliciæ esse velamentum. Velamenta, quoniam, inquit, virtutem non possunt consequi: quærunt diuitias & honores: vt videantur virtutis studiosi, & honestate prædití. Cumq; sagittator. Laertius, sagittatorem, inquit, intuitus ignauum, iuxta scopon consedit, dicens ne forte me feriat. Lentos arcus. flexibiles. Scopon, ad quod sagittatores dirigunt sagittas, quod dicitur latine signum. Accedens, subaudi quæsitus, cur illuc accederet? respondit, ne feriamur. Cur mendicaret. Laertius, cũ exprobraretur, cur Platone non petenti, ipse peteret, & ille, inquit, petit: sed propius admoto capite: ne discant alij. Mendicat in aurem. ex Iuuenale. arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem. quasi dicat secreto, ne alij intelligant, eum ex mendicitate viuere arte sordida & turpi. Querenti cuidam. Laertius, interroganti, an mala esset mors? quomodo, inquit, mala: quam præsentem non sentimus. quia in primo Thusculanarum probatum est, mortem

Doctrinam pueris dicebat sobrietatem:
Solamen si quos dura senecta premit.
Ornamenta suis opibus locupletibus esse.
Pauperibus certas esse ferebat opes.
Atq; oculos medico dum curat forte puellę:
Ne vitietur ait tota puella caue.
Et iuueni pulchro sed turpia verba loquenti
Stringitur ex ebore plumbeus ensis ait.
Monstrāti gladium sibi quē donarat amator:
Ensis ait pulchrer:turpis at est capulus.

neque ad viuos neque ad mortuos pertinere. Doctrinā. *Laertius, dicebat, inquit, disciplinam esse iuuenibus sobrietatem, senioribus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornatum: ergo omni ętati & conditioni vtilis est. Sobrietatem, modestiam. Solamē, consolationem ijs, quos senectus dura, id est laboriosa.* Premit, *id est fatigat.* Atq; oculos. *Laertius, Didymoni, inquit, medico curanti aliquando puellæ oculum, vide, inquit, ne virginis oculum curans, puelam corrumpas. Medico, Didymoni ocultario. Vitietur, inferendo illi stuprum.* Et iuueni. *Laertius, adolescenti, inquit i decenter loquenti, non erubescis, ait, ex eburnea vagina plumbeum educens gladium? Pulchro quem comparauit vaginæ eburneæ. Verba turpia. quæ comparātur ensi plumbeo. Stringitur. euaginatur.* Monstranti gladium. *Laertius, puero, inquit, ostentanti sibi gladium, quē ab amatore acceperat: gladius, inquit, pulcher est: sed capulus fœdus. Gladium. soliti sunt autem pueri ab ijs qui illos turpiter amabant, tale munus accipere. Iuuenalis. mitten*

Laudanti quendam sibi qui benefecerat: inquit
Cur me non laudant: qui merui accipere?
Quid tibi dicenti sapientia cõtulit: vt sim
Omnes ad casus vsq; paratus ait.
Gigneret vt natos facienti sacra, quid inquit
Non vt sint frugi tu quoq; sacra facis?
Turpia dicenti quid adis loca, sol quoq; turpes
Secessus intrat, nec maculatur ait.
Dicenti insidias tibi necrit charus amicus
Ne fallare caue, talibus ille refert.

tur. brachæ, cultelli, fræna, flagellum. Capulus. ab ea parte qua est receptus, quia ex turpi causa: vnde capulus à capiendo dictus. Laudanti. *Laertius, laudantibus quibusdã eum, qui sibi erogauerat me, inquit, non laudatis, qui accipere merui? Nam & si, vt ait Aristoteles, gratia dantis est: accipientis vero nulla, tamen beneficia mereri non infima laus est.* Quid tibi. *Laertius, rogatus, inquit quid ex philosophia lucratus esset, & si nihil aliud, inquit, vel hoc ipsum, quod ad omnem fortunã præparatus sum. Ad omnes casus prosperos & aduersos, vsq;, valde & semper.* Gigneret vt. *Laertius, sacrificantibus, inquit, quibusdam, vt filios acciperent: vt inquit, bonos accipiatis, non immolatis? nam pluris interest, vt bonos habeamus quam nullos.* Turpia. *Laertius, exprobranti sibi, q, loca immunda introiret, & sol, inquit, in secessus abit: neque inquinatur. Secessus. latrinas. dicti sunt autem secessus, quia, vt dicit Cic. 1. Officio. in parte domus secretiori latrina esse debet.* Dicenti insidias. *Laertius, dicente, inquit, quodam, amicos illi insidiari:*

Quid facias, si te neque amico fidere oportet?
Vtendumque illo est ac si inimicus erit?
Laudāti puerum patri qui dixerat, hic est
Ingenio & vera simplicitate bonus:
Hūc doceas, cynicus sic intulit, heus bone talis
Quicunque est, monitis non eget ille meis.

De Platone Atheniensi.

PLato Atheniensis, patre Aristone & matre Perictiona, quanta vitæ integritate fuerit, omnes testantur. Scripsit de philosophia libros complures quorum plerique, quia

diari: & quid, ait, agere oportet: si amicis & inimicis æquè vtendum erit? Quid facias. semper sic loquimur de re, quæ habet difficilem deliberationem, ac si dicat, si amicis non fidimus, quibus fidendum est? Laudanti. Laertius, laudabatur, inquit, puer ad illum adductus, quod ingenio excelleret: essetque optimis moribus: quid ergo, ait, me indiget? Vera simplicitate, non ficta. ex Martiale, qui ait. Artibus & vera simplicitate bonus. Heus bone, subaudi vir: nam sic supra quoque diximus. Quo bone, & vnde venis? Persius, heus bone, tu palles: & alio in loco, o bone, num ignoras?

¶ *De Platone. Perictiona matre, alij dicunt Potona, quæ à Solone ducebat genus. Libros complures, quorum maior pars à Marsilio Ficino è Græco in latinum est traducta. Relegamus, mittimus.*

adhuc extant, nihil ex illis decerpsimus: quin potius lectores ad ipsum volumen autoris relegamus: pauca tamen illius dicta ex epistolis non potuimus dissimulare.

Ea sunt.

Et iustitiæ cumulus si pessima vita
Cum tibi sit: cures, vt videare bonus.
Et qualis princeps, ait, est: talis quoq; ciuis.
Nam mores domini subditus omnis habet.
Non solum nobis sumus orti: quod genituræ
Nostræ pars patria est: pars & amicitiæ.
In re cõmuni tantum contendere debes:
Quæ possis ciui persuadere tuo.

mus. Est iniustitiæ. hoc in hypocritas, hoc est, simulatores, dictum est. Peßima vita, id est cum sis vitiosus. Videare bonus, alijs. Iuuenalis. peiores qui talia verbis Herculis inuadunt. &c. Qualis princeps. quia nemo est, qui nolit esse, qualis est ille, quem admiratur: itaq; se ad imaginem principis omnes componunt. Mores domini. Martialis. sed mores domini Cæsarianus habet. Non solum nobis. hæc ab omnibus celebratur. Sumus orti. non solum nobis, hoc est, vtilitati tantum nostræ nati sumus, sed ortus nostri partem patria vẽdicat, partem amici. Genituræ, id est ortus. Pars patria est, id est partem sibi vendicat. Pars amicitiæ, id est partem amici. In re communi. sensus est. tantum in republica, quemq; contendere debere: quantum ciuibus suis persuadere possit: nam

Nec patriã aut patrẽ, fas quẽquã cogere, nã sic
Res nulla est tanto, quam violenter agas,
Cum fuerint ciues sapientes, esse beatos:
Aut si contigerit a sapiente regi.

sit: nam qui aliter facit, labefactat non constituit rempublicam, quod autem sequitur, confirmatio est atque exemplum superioris sententiæ, nam patriam & parem desipientem non debemus cogere, id est more puerorum castigare: sed adhortationibus monere. Nam sic, scilicet cogendo per vim. Tanti, id est tantæ vtilitatis. Cum fuerint. Sensus est, beatas esse respublicas quæ ciues habeant sapientes, aut saltem à sapientibus gubernentur.

¶ FINIS.

EPITHALAMIVM IN NVPTIIS CLARISSIMORVM LVSITANIAE

Principum Alphonsi ac Helisabes iunioris: quod Antonius Nebrissensis in ipsa dierum festorum celebritate præsens lusit.

¶ Epithalamium primus omnium, quod quidem ego sciam, Apollo traditur cecinisse in nuptijs Pelei & Thetidis: vnde Achilles ortus est: cuius ab Apolline virtutis præstantia, atq; incredibilis quædam fortitudo portenditur: sed euentu satis infœlici. Apud Latinos, quod ex antiquitate colligitur, primus fuit Catullus Veronensis, qui nuptias Manlij & Iuliæ celebrauit. Deinde Ouidius poeta cuiusdam Fabij, ac postea Papinius Stellæ ac Violantillæ: tum præterea Claudianus. Nos quoque horum autoritatem secuti, cum ipsa nuptiarum celebritate præsentes essemus, hoc Epithalamium lusimus, quod si non pro voto augurium nostrum successit: nemo mirari debet, quoniam homines sumus, atque, vt Horatius inquit, non semper feriet: quodcunque minabitur arcus. Cum præsertim Apollo ipse, in quem diuinatio refertur, infœliciter de nuptijs Pelei &

Tethidis

NVNC Sacer orbis amor, qui nectis semina rerum.
Omnia: & æterno fœdere cuncta tenes:
Huc ades, atque fides, pax, & concordia tecum
Assiduæ comites: virgineusque chorus.

Tethidis auspicatus sit, & Vergilius infœlici quoque euentu genethliacon Salonini cecinerit. Sed & apud Hebræos Salomon rex cătica canticorum scripsit: quæ vera inscriptione potius Epithalamium inscribi debuerant: autore Origene. Epithalamium, inquit, Salomonis, quod in morem dramatis compositum est, vnde & Ecclesia canit. Ante torum huius virginis frequentate nobis cantica dulcia dramatis, id est in morem dialogi: vbi personæ introducuntur loquentes:

NVNC Sacer orbis. duas partes habet hoc Epithalamium. Principio enumerat bona, quæ has nuptias consequuntur, deinde inducit musam de statu rerum Hispaniensium futura prædicentē. Principio igitur inuocat Deos pacis autores: quoniā hæ nuptiæ ad pacē conciliandā pertinent. Amor qui nectis semina, nā quēadmodum philosophi dicunt: cum elementorū qualitates cōtrariæ sint: per amicitiā ex illis res generantur: & per inimicitiā corrumpuntur. Nectis semina oīa. i. principia, siue illa sint quatuor elementa, siue quedā ex illis, siue atomi. Fœdere. pace. & est Lucani in. 4. Nūc ades, æterno cōplectens oīa nexu, o rerū mixtiq; salus cōcordia mūdi, & sacer orbis amor. Nā amorē esse pacis autorē etiam

Cātabunt alij thalamos Geniumq́; vocabūnt
Iunonemq́; simul: teq́; Hymenee canant.
Iô Hymē Hymenee Hymē ades ô Hymenee
Ingeminent omnes: teq́; Thalasse vocent.

Propertius testatur, pacis, inquit, amor Deus *est, pacem veneres mur amantes. fides autem pax & concordia, quæ amorem comitantur: deæ sunt, quibus etiam templa* Romæ *fuerunt dicata, & à poetis virgines finguntur: ideo autem comites amoris esse dicunt, quia vbi est amor, ibi fides, ibi pax, ibi cōcordia est.* Cantabunt alij *dicit se non cantaturū, quæ alij poetæ in suis epithalamijs cecinerunt, putà iocos & res ludicras: quas res alijs canendas transmittit: sed, quæ longè meius sit memorare, hoc est pacē, quæ has nuptias secuta est, & futuri temporis fœlicitatē.* Thalamos, *id est epithalamiū lege aliorum poetarum, qui de hac materia scripserunt.* Geniumq́; *Deū naturæ ac perinde generationis, vnde* Horatius *primo epistolarum, lectus genialis in aula est, id est gignendæ prolis causa paratus, ergo quasi* Deus *nuptiarum præses inuocandus est in nuptijs.* Iunonem, *quæ etiam nuptijs præsidet.* Ouidius *in epistolis heroidum.* Iunonemq́; *sacris, quæ præsidet alma, maritis.* Et Vergilius. 4. Aeneid. *Prima tellus & pronuba* Iuno. Hymenee, & *hic* Deus *nuptiarū est* Bacchi & Veneris *filius: qui à* Græcis *in celebritate nuptiarū sic inuocabatur: & à* Latinis Thalassus. Iô hymen. *Iô interiectio tum lætantis, tum dolentis est, hic lætantis: apellatur autē* Hymeneus & Hymen: & *est carmen ex epithalamio* Catulli *poetæ sumptum.* Ingeminēt, *id est repetant.* Vergilius. I. Aeneid. *Ingemināt plausum* Tyrij, Troesq́; *sequūtur.* Thalassus.

hic dux

Et Fescennini volitent de more Sabino
Lusus, & populo multa rapina cadat.
Sparganturq; nuces, & iungat vesper amantes,
Præferat incensas & noua nupta faces.

hic dux fuit Romuli: *cui pulcherrima omnium sabinarum ex raptu contigit vxor: vnde in nuptijs dici consueuit, cum auspicarentur sponso & sponsæ: ita vobis fœliciter cedat: vt* Thalasso *atq; illius vxori ex raptu Sabinarum: vnde &* Thalassio . *onis* . *pro carmine nuptiali*. Martialis, *quid si me iubeas* Thalassionem *verbis dicere nõ* Thalassionis. *Et fescennini lusus. ioci nuptiales, dicti à* Fescennio Italiæ *oppido, vbi rustici seinuicem opprobrijs lacessere consueuerunt.* Horatius. 2. *episto. Fescennina per hunc inuenta licentia morem versibus alternis opprobria rustica fudit. Consueuit autem in nuptijs hoc quoq; fieri, vt in maritum & nouam nuptam ioci quidam & sales dicantur: de quibus* Lucanus *in. 2. non soliti lusere sales, nec more* Sabino *excepit tristis conuicia festa maritus.* Et Hieronymus *ad* Paulam & Eustochium, & *pro* Fescennino *carmine angeli canunt, gloria in excelsis deo: ac si dicat, loco illorum carminum, quæ in nuptijs & natalibus aliorum dicuntur: inortu nostri saluatoris angeli canunt, gloria &c.* Et *populo, id est, in populum, vt* Vergilius, *it clamor cœlo. Multa rapina. puta numismata, nuces, & similia quæ rapiantur: quod etiam hodie fieri consueuit in quibusdam festis. Sparganturq; nuces. & hoc quoq; fit .* Vergilius *in* Bucolicis. *sparge marite nuces. Vesper. stella est* Veneris, *quæ à* Græcis *dicitur hesperus: cum post occasum solis incipit apparere: quo tempore sponsus cum sponsa in cubiculo claudebantur.* Vergilius in

Hæc sũt magna quidẽ:sed nos maiora canam⁹.
Et quæ nos deceat nunc meminisse magis.
Fœdera magnorum canimus cõuẽtaq; regum
Fataq; non nullo dissoluenda modo.
Possedit multos discordia tetra per annos
Hesperiam,nec spes vlla dabatur opis.
Ardentesq; faces:& raptos crinibus hydros
Omnibus iniecit sæua Megæra locis.

lius in Buco.tibi deserit hesperus Oetan, & de vespere multa Catullus in epithalamio Manlij. Præferat, id est, præ se ferat. Faces tædas nuptiales. nam ante nouam nuptam ignis & aqua præferebantur: quia hæc duo elementa potissimum in generatione conueniunt: vnde Ouidius primo Meta. & ex his oriuntur cuncta duobus. Hæc, que diximus supra: quia ad prolem procreandam spectant: cuius gratia matrimonia sunt constituta. Maiora. &, quæ sunt illa maiora, subdit scilicet fœdera & fata. Fœdera, quæ stabilita sunt per has nuptias, & conuenta scilicet. pacta. quæ prius prosequitur. Dissoluenda. quinq; syllabarum facta dieresi ex. u. & e. sic Ouidius in epistola Medee. debuerant fusos euoluisse meos.

Possedit multos. incipit prosequi primam partem. Discordia tetra. turpis, Horatius in primo ser. postquam discordia tetra belli ferratos postes portasq; refregit. Hesperiam. Hispaniam. Nec spes vlla dabatur opis. Vergilius. 2. Aeneid. nec spes opis vlla dabatur. Megera. vna ex tribus furijs: quæ inter cognatos & propinquos disseminat contentiones. Hydros. serpentes, quas pro capillis furiæ habere dicuntur. Non comes. rei militaris ordinem

per

Nō comes ipse duci: nō Marchio pſtat honorē,
Non comiti miles, mili tibuſq; cliens.
Ipſi non parēt regi dux atq; magiſter
Militiæ ſacræ: bellicus ordo iacet.
Erigoneq; ſimul terras exoſa reliquit,
Quæ fugiente dea, iuſq; piumq; ſilet.
Talis erat mundi facies, cum bella gigantes
Incuſſere Ioui: cælitibuſq; ſuis.
Talis & ipſa fuit rerum natura priorum,
Cum chaos antiquum ſemina miſta tulit.
Talis apud manes, miſeras vbi territat umbras

perturbatum narrat, nam cum dux ad comitem referatur: vt qui præſidere illi debeat: vinculum illud ſolutum eſt belli diſcordia. Marchio. nomen eſt nouum: atq; a marcha voce barbara deriuatum. præſtat honorem, quem debet. Cliens. puta calo, cacula, lyxa. Magiſter militiæ ſacræ. vt ſancti Iacobi, atq; ordinis Ciſtercienſis. Bellicus ordo iacet, id eſt, ea quæ ordinata eſſe debuerant: confuſa ſunt omnia. Erigone, Icari filia, quæ ab Iaccho in vuæ ſpeciem compreſſa eſt: atq; propter iuſticiam ac pietatem erga patrem in ſignum virginis eſt tranſlata. Aratus dicit Erigonem homines in ætate aurea rexiſſe: poſtea vero illorum ſcelera fugiſſe: atq; in cœlum ſe contuliſſe. Talis erat. per tres comparationes Hiſpanarum rerum confuſionem exprimit: prima eſt ſumpta ex bello giganteo, ſecunda ex chao, vnde omnia procreata ex opinione Anaxagoræ narrant poetæ, tertia ex hoſte generis humani: qui apud inferos miſerorum animas torquet. Seminia

Tartareus iudex: dicitur esse locus.
Sed pater omnipotens tandē miseratus, Iberis
Prospexit rebus, suppetiasq; tulit.
Et sua ductorum se quisq; in regna recepit.
Et qui disperiit redditus ordo sibi est.
Tum rediit virgo, redierunt tempora pacis,
Quasq; colit partes pacis alumna quies.
Redditur ipsa sibi concors Hispania, qualem
Non vidit Pœnus, non Viriatus Iber.
Non, cui longa fuit sed non ingrata senectus,
Arganthonius, & Romulidæ proceres.
Non qualem videre Gothi, quo tempore fœlix

mina mista, id est, omnium rerū causa confusa. Apud manes. apud inferos. Tartareus iudex, infernus. Rebus Iberis. Hispanis. Prospexit, prouidit. Suppetias, auxilium, & iungitur semper hoc nomen in accusatiuo plurali cum hoc verbo fero. tuli. In sua regna, id est, propria & victa. Ordo redditus, idest, restitutus est sibi ipsi. Virgo scilicet, Erigone, de qua superius. Vergilius in Buco. iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Quies, id est, tranquillitas, quæ alitur à pace, & illius comes est. Redditur. restituitur. Qualem. ita fœlicem & tranquillam. Pœnus, id est, Annibal dux Carthaginensium: quo tempore rerum Hispaniensium potitus est. Viriatus Iber, id est, Hispanus: fuit autem Lusitanus: fuit autem primo mercenarius, deinde latro: ad postremum dux aduersus Romanos, quorum Imperatorem Claudium Munianum, deinde, Nigidium oppressit, Arganthonius. rex fuit Tartesiorum, de quo Cicero de senectu

Hispanæ gentis rex Rodericus erat.
Ne tamē hunc talē violarent sæcula cursum
Nec posset Lachesis rumpere pensa manu:
Prouida mens regum ꝓperauit iungere fœdus
Connubio stabili pignoribusq; datis.
Nam Lusitano iuueni regiq; futuro
Despondit gnatam deliciasq; suas.
Certius hoc multo, quā cæsa virgine porca
Fœdus Romanis quod Feciale fuit.

nectute expectemus, inquit, Tartessiorum regis ætatem: fuit enim Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centū & viginti vixit. Strabo quoq; huius meminit. Romulidæ proceres. *Romani, qui septingentis prope annis Hispaniæ imperarunt.* Gothi. *qui pulsis Romanis Hispaniæ præfuerunt annis centum viginti.* Rex Rodericus. *vltimus, Gothorum.* Fœlix. *nam postea sibi ac patriæ calamitatem peperit.* Lachesis, *vna extribus Parcis.* Pensa, *stamina, quæ nentes humanam vitam designant.* Connubio stabili. *ex Virgilio primo Aenei. cōnubio iungā stabili, propriamq; dicabo.* Pignoribus, *id est, filijs, quæ sunt aliàs quasi pignora quædam inter viros & vxores: nunc vero inter ipsos reges.* Lusitano iuueni, *id est: principi substantiæ.* Regi futuro. *qui successurus erat in regnum, si fata permisissent.* Delicias suas, *id est, qua delectabātur rex & regina.* Vergilius *in* Buco. *delicias domini.* Et Catullus, *passer delicium meæ puellæ.* Certius hoc. *comparat has nuptias fœderibus* Romanorum, *quæ sanciebantur cæsa porca: nam cum sacerdotes* Feciales *ad hostium fines conuenirent, enarratis condi-*

Si licet & fas est magnis componere parua?
Cum post diluuium reddita terra sibi est,
Tale fuit signum pacis tibi rector olympi
Et generi humano quæ bibit iris aquas.
Musa p̄cor memora mihi nunc, q̄ fata sequātur
Has tædas: aut quid vincula tanta parent,
Sic ego: sic contra respondit nona sororum,
Cęlestis cui vis nomina certa dedit.
Accipe q̄ teneas (quando hæc te cura fatigat)
Quæq; meo terris numine cuncta canas.

cionibus pecis, porcam vulneribus confiriebant: dicentes, quicumq; violauerit, quæ his fœderibus continentur: sic pereat, vt hæc porca. ordo est. hoc fœdus est multo certius, quam illud fœdus, quod fuit Romanis Feciale, *virgine porca cæsa. Vergilius. 8. Aeneid. cæsa iungebant fœdera porca. atqui porcus erat, non porca; vt dixit Seruius in eo loco, sed genus pro genere posuit. fœdus autem à porco fœdi occiso dictum est: vnde percutere fœdus.* Silicet. *altera comparatio sumpta à re maiori, quod excusat, dicens, si licet & fas est. Verglius in* Buco. *sic paruis componere magna solebam.* Reddita, *restituta.* Iris: *quæ bibit aquas. Vergilius primo* Geor. *& bibit ingens arcus.* Propertius. *lib. 3. purpureus pluuias cur bibit arquus aquas.* Gene. *9. hoc est signum fœderis mei, quod do inter me & vos: arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Musa precor. secunda pars* Epithalamij *de statu rerum futurarum, quod quia scitu difficile est; musam inuocat ex* Horatij *præcepto*

Augusti quondam testantia nomina pacem
Pax Augusta tenens, quã secus Ana fluit,
Cum sua conspiciet sub mœnia fœdus iniri,
Aeternæ pacis nunc magis omen erit.
Nam Lusitanus princeps secura videbit
Cum sua terga metu: consocerique fidem,

pto in poetria, nec deus intersit: nisi nodus vindice dignus inciderit. Tædas, id est, faces & nuptias. Vincula. pignora matrimonij. Nona sororum. vna de nouem musis. Vis cælestis, id est, Vrania, quæ dicta est ab vrano, hoc est, cœlo. & iuste hæc de futuro respondet ex astrorum peritia. Quando hæc te cura fatigat. Vergilius primo Aeneid. quando hæc te cura remordet. Meo numine. mea auctorictate. *Augusti quondam. Pax Augusta, ciuitas Lusitaniæ celebris ab Augusto Cæsare post Hispaniam ab illo pacatam dicta est: quemadmodum & Emerita Augusta vrbs illi finitima: sed hæc quod emeritis sit distributa, illa à pace post voctoriam parta: sed alludens ad nomen dicit: nunc potius deberi appellari Pacem Augustam, cum in illius conspectu percutiatur fœdus nuptiarum: quod in vtriusq; regni confinio factum est non longe à Pace Augusta. Ordo est. Pax Augusta tenens nomina testantia quondam pacem Augusti. Cum conspiciet nunc sub mœnia sua, id est, prope mœnia sua, iniri fœdus, magis erit omen pacis æternæ: quam fuit sub Augusto. Nam proprie omen est auspicium, quod sumitur ex voce atq; verbis humanis.* *Nam Lusitanus, quid facturus sit rex Portugaliæ prædicit,*

Armatas classes & multo milite plenas
In mare deducet, sol vbi mergit equos.
Et sibi subiiciet: quęcumq; est insula Ponto
Aethiopes pariter, Barbaricumq; sinum.
Cæsaris at vestri tibi nunc ingentia rerum
Et simul augustæ coniugis acta canam.
Reliquias belli postquam confecerit ille,
Quod bene susceptum pro patria fuerat.
Quod bene pro sociis: & nostræ gentis honore
Quod bene pro Christi religione fuit:

dicit: nam subijciet insulas maris Atlantici & Aethiopes. & sinum Barbaricum. Secura terga, id est, cum nihil timebit à terra contine͞ti. Consoceri scilicet nostri regis. Deducet classes ex terra in mare: sicut subducere est ex mari in terram. Vergilius. 3. Aeneid. deducunt socij naues. In mare vbi sol, id est, in Oceanum Atlanticum. Aethiopes, id est, oram maris Aethiopici. Barbaricum sinum: qui pars est maris Indici inter sinum magnum & Gangeticu͞: a quo Lusitanorum nauigatio parum distat. Cæsaris vestri. Ferdinandi. Augustæ, id est, Elisabæ, nam quemadmodum imperatores appellantur Cæsares: ita vxores illorum dicuntur augustæ. Acta inge͞tia pro gesta & est tapinosis: quia gesta sunt publica: acta vero priuata: sed subleuatur tapinosis: quia iunxit ingentia. Sic Lucanus lib. 5. Licet ingentes abruperit actus festinata dies. Reliquias. quod restabat de bello Granatensi. Pro patria. pro defensione patriæ, quia inde pericula imminebа͞t. Pro socijs, id est, regibus finitimis, atq; reliquis Christianis. Nostræ gentis, Hispaniæ. Regione. quia illæ tres

causæ

Hæc pia victori persoluet vota Iacobo:
Diuis templa dabit: mascula thura Deo
Dum tamē ille parat bellum, reficitq́ꝫ cohortes
Quas vcheat, Herculeum traijciatq́ꝫ fretum.
Hæc mores tandem patriæ desuetaq́ꝫ corda
Componet certis legibus atq́ꝫ modis.
Dumq́ꝫ oras Libyæ cursim peragrauerit ille:
Atq́ꝫ sui iuris vtraq́ꝫ Syrtis erit:
Deniq́ꝫ dum victor totum lustrauerit orbem:
Deq́ꝫ triumphatis hostibus arma refert:
Hæc intenta nouis rebus regnisq́ꝫ futuris
Extruet immensum posteritatis opus.

causæ sunt honestæ, vt suscipiamus bellum pro necessitate, pro gloria, pro religione, ex primo officiorum Ciceronis. Hæc, *scilicet augusta nostra.* Victori, *id est cui tota victoria est ascribenda.* Diuis, *reliquis sanctis indigetibus.* Mascula thura, *sic* Verg. in Buco. Ver*benasq; adole pingues, & mascula thura.* Parat bellum, *id est expeditionem & belli apparatum facit ad bellum vltramarinum.* Reficit cohortes, *bello superiori defatigatas.* Vehat, *trāsuehat & traijciat.* Fretum Herculeum, *id est mare nostrum, qua est traiectus in Aphricam.* Desuetaq; corda, *id est longo temporum interuallo à iustitia & pietate alienata,* Ex vergil. 4. Aeneid. *Iampridem resides animos desuetaq; corda.* Oras Libyæ, *id est partes littorales: quia interiora Libyæ, inculta sunt.* Cursim, *celeriter.* Vtraq; Syrtis, *maior & minor, quæ sunt in Aphrica è regione Cyrenaicæ prouinciæ citra Aegyptum.* Nouis rebus & regnis futuris, *id est quemadmodum iaciat*

dum iaciat

Vtq; domus ratio constet sibi totaq; quadret:
Rem geret ille foris: res aget ista domi.
Sed cum longa dies senio cõfeceritambos:
Dulcibus innatis omne leuamen erit.
Vxores regum natas regesq; nepotes
Conspicient læti, syderibusq; pares.
Ioannesq; suus tantæ pietatis imago
Imperij consors & moderator erit.
Et procul ex oculis euanuit: has modo voces
Vrania fudit: presserat ora deus.
Atq; ego, qui fueram auditurus plura libenter,
Destituor subito lumina fixus humi.

dum iaciat fundamenta ad stabilitatem regnorum: ne labefactetur in omnibus seculis futuris. Domus ratio, quæ ex Aristotele in Oeconomicis est, vt vir præsit rebus, quæ extra domum sunt: vxor vero domesticis. Constet sibi, id est sit constans & firma. Quadret id est consentiat. Vergilius. 2. Georg. recto via limite quadret: & sumptum est ex lapidibus quadratis, quæ in ædificijs consentiunt. Longa dies, id est tempus. Leuamẽ. consolatio. Tantæ pietatis. Vergilius est. Consors, id est ex æquo reget imperium. Modo. tantummodo. Presserat ora Deus. Vergilius. 3. Aeneid. prohibent nam cætera parcæ scire Helenum, fariq; vetat. Destitutor, à musa relinquor. Lumina fixus, id oculos fixos habens, quod est mœsticiæ signum inauspicatissimum.

¶ FINIS.

ELEGIA DE PATRIAE ANTIQVITATE: ET PARENTIBVS AVTORIS.

EST locus Hesperiæ, qua Bethis arundine cinctus.
In leuam campos influit, atque tenet.
Dixerat hunc æstus fluuio stagnante vetustas,
At vero Albinam secula nostra vocant.

Est locus. *Describit originẽ atq; antiquitatem patriæ suæ Nebrissæ, dicitq; fuisse conditam à Libero patre inter æstuaria Bethis: quo tempore victor Hispaniam peragrabat: deinde dicit inde habuisse parentes mediocris conditionis.* Est locus, *hemistichium est Vergilij. 1. Aeneid. Est inquit locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt: sed Vergilius Hesperiam vocauit Italiam, hic vero Hispaniam: nam qua ratione Græci appellauerunt Italiã Hesperiam: eadem latini Hispaniam Hesperiam dixere.* Bethis arundine cinctus: *atqui oliua potius diceretur coronatus: vt Martialis. 12. libro epigra. Bethis oliuifera crinem redimite corona: sed arundine cinctus dixit: vel quia poetæ fluminibus coronas arundinaceas dant vel quia prope Nebrissam est æstuariũ à nomine dictus arũdinum, Estero de cañas appellant.* In leuam, *quoniam per æstuaria Bethis in cãpos refunditur à parte sinistra.* Atq; tenet, *possidet, occupatq;.* Dixerat hũc, *scilicet locũ.* Aestus. *i. æstuaria. Est aũt æstus*

 ipsum

Hic varium genus, & volucrum maris: atq; pa/
Excludit fœtus, incubituq; fouet. (ludis
Haud procul hinc colitur muro Nebrissa vetusto
Quā Bacchus posuit littus ad Oceani.
Namq; ferunt Semele genitum, Gāgetide victa
Inuasisse feros Hesperiæ populos.

ipsum maris crementū ex ratione cursus lunaris. Fluuio stagnāte. *stagna autem illa non tam ex fluminis refusione quam ex colluuie imbrium colligitur.* Albinam, *sic hodie dicitur: fuit autem aliquando æstuarium: sed limo confusum est: sicut alia multa.* Secula nostra, *id est homines nostri seculi.* Genus volucrū varium, *id est diuersicolorū. Nam propriè varius de colore dicitur: autor est* Tullius *de finibus.* Maris & paludis, *id est marinū & palustre siue lacustre.* Excludit fœtus, *propriè excludere oua est auium, cum fœtus ex oui testa educūt.* Incubitu fouet, *nam incubare est ouis, cum crociunt, insidere: est autem isteron proteron quia prius incubant, postea excludunt.* Haudprocul, *atqui Nebrissa inter æstuaria Bethis condita fuit autore Strabone, Plinio, Ptolemæo: sed quo tēpore alter alueus, qui oblimatus est, in mare prorumpebat non longe à turre Capionis.* Littus ad Oceani, *id est nō lōge ab Oceano.* Namq; ferunt, *poetæ narrant.* Semele genitum, *Bacchum filium Iouis ex Semele Cadmi filia.* Gangetide, *subaudi terra, sic dicta est India à Gange fluuio qui illam diuidit mediam, vt sit India intra Gangen & extra Gangen. Ouidius in amoribus, Gangetide terra, dixit,* Hesperiæ, *populos Hispanos populos feroces. Venisse autem Bacchum in Hispaniam post Indiam deuictam, vulgatum est apud poetas & historicos.*

Et socio amisso: a quo Lusitania nomen
Duxerat, in Calpes littora vertit iter
Dũ vehitur curru p inhospita tesqua marismæ:
Quæ sequitur Tigris: deficit: atque sitit:
Et curuus pando residens Silenus asello:
Et variæ lynces, Menades, & Satyri.

historicos. Socio amisso, Lysia: à quo dicta est Lysitania: deinde ypsilon verso in u sicut & in multis alijs Lusitania: vt in libris di gestorum titulo de censibus, in Lysitania, inquit, Emerita. &c. In Calpes littora, id est ad Hispaniæ promontorium, qua Oceanus terras irrumpit, id est Gibraltar: & est dispositio, vt sit verisimile, quod de fundatione Nebrissæ dicitur: nam cum constet Bacchum à Lusitania ad Calpen venisse, atque Nebrissam satyros, qui in illius comitatu fuerũt: incoluisse: credibile est, ab illo fuisse conditã. Per inhospita tesqua, id est deserta loca & aspera: in quibus non est hospitium: nam illud est tesqua apud Horatium in epistolis. Marismæ sic vulgo appellãtur hispane ab indigenis: quasi marinæ, vel potius maritimæ. Tigris, animal familiare Baccho atque in illius comitatu frequens: atque illi dedicatum. Deficit & sitit, id est ex siti languescit, Silenus, hic satyrus fuit Bacchi pædagogus & comes. Asello pando, id est cuius spina est in ventrem demissa. Ouidius. 1. Fastorum. Venerat & senior pando Silenus asello. Variæ lynces, maculosæ. Vergilius. 1. Aeneid. Maculosæ tegmine lyncis: sunt autem lynces quoque in comitatu & tutela Bacchi, sicut Tigres. Vergilius idem in Georg. Quid variæ Bacchi lynces. Menades, Bacchi sacerdotes, quæ illum in bello quoq; sequebantur. Satyri in comitatu

Ventum erat ad speculã: quę fontinalia dicunt
Indigenæ: diuus nunc Benedictus habet.
Ad strepitum lymphę Tigris põr arrigit aures
Et cauda ludens: pręuia monstrat iter.
In gelidos latices: & amœnã frõdibus vmbram
Et fontes sacros: arida turba ruit.
Cumq; refecta cohors vndis salientibus esset:
Captus amore loci dicitur esse pater.
Concilioq; habito: Satyris dixisse vocatis.
Atq; Mimalloneis: cętera turba silet.

quoque Bacchi fuerunt. Ad speculam, tumulus est mille paßibus à Nebrissa distans, vnde campos latißimè patentes speculari poßis: qui ex eo specula dici potest. ad huius radices fontes sunt, quæ indigenæ vocãt Fontinalia: sacra quoque fontium apud Ouidium in Fastis Fontinalia dicuntur. Diuus Benedictus, qui in ipso monticuculi vertice sacellum habet. Tigris prior, omniũ primus, vt sit comparatiuus gradus pro superlatiuo. Arrigit aures, quasi præsentiens. Cauda ludens, id est caudam motitans. Vergilius primo Georgicorum. Colludere plumas. Præuia, præcedens & dux viam monstrans. Latices, aquas, quas diximus ex fontibus fluere. Frondibus vmbram, quia illic sunt arbores multæ, fontes sacros, quia Nymphis sacros. Vergilius in Buco. Hic inter flumina nota & fontes sacros. Arida turba, id est sitiens. Cohors, Bacchi exercitus. Vndis salientibus. Vergilius in Buco. Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo. Pater, Liber, pater, sic enim cognominatus est. Concilio habito, est concilium aut vbi omnes ordines conueniunt plebei, scilicet &

Accipite o comites: lætasq; aduertite mentes:
Hic mihi collis erit religione sacer.
Nec tam Nysa mihi: natusq; ad sacra Citheron
Gratus erit: quantum a Nebride dictus ager
Nec qui plus Baccho: qui se plus iactet oliuo:
Et Cereris flauæ messibus: atque fauis.
Quare agite Satyri, nocturna reposcite sacra,
Et Bassarides hunc celebrate locum.

cet & Senatus, & milites, Satyris & Mimalloneis, comitibus vtriusque sexus. Sunt autē Mimalloneæ, siue Menades, siue Thyades, siue Bassarides Bacchi sacerdotissæ. Dictæ sunt autem Mimalloneæ siue Mimallonides ab imitando, quod Bacchum imitentur. Ouidius de arte. Ecce Mimallonides fusis in terga capillis. Et Persius. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Accipite, oratio est Bacchi ad comites, attentosq; illos imprimis facit. Hic collis, sacra Bacchi in agris prope vrbem per noctem fiebant: cum itaque Bacchus opidum fundare decreuisset: hunc collem proximum sacris faciendis elegit. Nysa, vrbs Arabiæ: vbi Bacchus à Nymphis fuit educatus. Citheron, mons Boætiæ propè Thebas Baccho atque illius sacris dedicatus. Vergilius. 4. Aeneid. Orgia nocturnusq; vocat clamore Citheron. Est autem Ouidij hemistichium ex. 2. Meta. Natusq; ad sacra Citheron. A Nebride: sunt autem nebrides dammarum pelles: quibus sacerdotes Bacchi amicti vtebātur in sacris: ad quod allusisse videtur Silius Italicus: cum libro. 3. Punicorum dixit. At Nebrissa Dionisseis conscia thirsis: quam satyri coluere leues

Iam Tarthessiacas Titan descendit in vndas:
Et fessos curuo littore soluit equos.
Inuadunt thyrsos, resonant vlulatibus agri
Et te Bacche vocāt, & tua sacra canunt.
Insonnesq; trahunt bacchātes Orgia: donec
Cedere luciferum cogeret orta dies.

redimitaq; sacra Nebride menas. Nec qui plus. quatuor in rebus dicit agrum Nebrissensem præstaturum omnibus alijs vino, oleo, frumento, melle: quarum duæ, scilicet vinum & mel Bacchi inuentioni attributæ sunt: oleum autem & frumentū coniuncta sunt ijs duobus. Iactet se, id est glorietur. Baccho, vino, & est metonymia. Flauæ quoniā quo tēpore frumēta sunt matura flauescūt. Vergilius in Buc. Molli paulatim flauescet cāpus arista. Et. 1. Georg. Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo. Sacra nocturna, quia, vt diximus, sacra Bacchi per noctem fiebāt. Bassarides, Bachi sacerdotes, ab eo q̄ Bacchus à vestis genere Bassareus dicitur. Persius, & raptum vitulo caput ablatura superbo Bassaris. Iā Tarthesiacas. dicit quod sub primam noctem cœperūt sacra peragere. Vndas Tarthesiacas, id est sol occidit in oceano: nam Tarthessos est, quæ postea Carteia est appellata, nunc est Cartagena non longe à Calpe. Silius lib. 3. Punicorū. Tarthessos stabulanti cōscia Phœbo, idest vbi sol radios disiungit cōfecto itinere diei. Curuo littore. Epithetō littoris, thyrsos. ramos, quos circūferebant & vibrabāt in illis sacris. Resonant vlulatibus, & id quoq; faciebant bacchantes. Tua sacra id est hymnos sacros Bacchi. Insonnes, id est peruigiles. Trahūt orgia, id est differunt per totā noctem. sunt autē orgia propriè Bacchi sacra.

Est prope mōticul⁹ surgēs clemēter in Austros
Parte tamē reliqua precipitante latus.
Hic promissa pater fundauit mœnia Bacchus.
Nebrissāq; vocat Nebridis auspicio.
Quæ cum polleret Roderico rege: furores
Diruerāt Libyci, nunc renouata viget.
Hic dom⁹: hec patria est, hic me genuere parētes
Ingenui: & media cōdicione pares.

chi sacra. quoniam orgi est furor. Virgilius. 4. Aeneid. trieterica Bacchi orgia. Donec orta dies. Seneca tragicus. dum matutinos prædicit lucifer ortus, candida formosi venerabimur ora Liei. Est prope. describit locum vbi Nebrissa posita est. Surgens clementer, id est, paulatim & modice. Silius lib. 1. Punicorum. clementer surgente iugo. In Austros, id est, a parte meredionali. Parte reliqua, id est, reliquis tribus lateribus. Præcipitante latus, id est, habente latera in præcipitio. Promissa mœnia. subintelligendum est in concione illa superiori, quia oportebat prope esse aliquam vrbem, vt diximus. Auspicio. sumpto ex nomine augurio: vt sit a Nebride Nebrissa autoritate filij, mendum namq; est in Strabone Ptolemæo & Plinio Nabrissa pro Nebrissa. Polleret, satis potis esset vt ex historia Gothica apparet: & monumentis literarum in marmoribus. Roderico rege, qui fuit Gothorum vltimus rex. Furores Lybici, id est Libyes furibundi. diruerant. euerterant. Viget, frequentatur. Hic domus. Vergilij in Aeneid. Ingenui, id est, quorum maiores non seruierunt: et pares, coæquales, ex media conditione, id est, nec plebei neq; patricij: sed ex medio ordine. Ioannes pater est, qui ad

huc

ELEGIA.

Nā mihi Ioānes pater eſt, Catharinaq́ꝫ mater.
Debemus patriæ: plus tamen illa mihi.
Illa mihi dedit hunc vitæ mortalis honorem.
Sed ſtudijs noſtris illa perennis erit.

huc viuitur agens ætatis annum nonageſimum. Catharina, per. th. ſequenti. a. non caterina. interpretatur namq́ꝫ pura ſiue purgata. Debemus patriæ. quia fuit vitæ principium: ſed illa plus debet mihi: cuius ſubdit cauſam, ne videatur impietate reus, quia tribuit mihi vitam mortalem: ego illi nomen æternum. Hunc honorem vitæ mortalis. ex Vergilio. 4. Geor. en etiam hunc ipſum vitæ mortalis honorem.

FINIS.

ANTONII NEBRISSENSIS

SALVTATIO AD PATRIAM SVAM

multis ante annis non visam: & memorata infantia sua facta quoq; excusatione tam longæ moræ pollicetur se, post emeritos suæ professionis annos, in patriam rediturum.

*

SAlue parua domus, pariter saluete Penates
Atq; Lares, ortus conscia turba mei.
Hic primum rosei vitales luminis auras
Carpsimus: hic nutrix vbera prima dedit.

Salue parua domus. alloquitur patriam suam Nebrissam, *quã per decem aut eo amplius annos non viderat: excusatq; se, cur illam tam raro visat. deinde pollicetur, se postea quam fuerit ex musis emeritus in patriam rediturum, vt compositis & mixtis cineribus cum maioribus suis condatur.* Parua domus. *arrogantiam similiter & iactantiam fugit more poetarũ.* Penates et Lares, *dij domestici erant, id est, qui priuatim celebrantur, erant & publici, & præsentes.* Turba conscia, *id est, testis & præsens, id est, qui interfuistis meo natali.* Martialis. *infantis domini conscia terra fuit.* Carpsimus *auras, id est, spirauimus primum aerem.* Vergilis. *iu.* Aeneid. *auras vitales carpis.* Luminis rosei, *id est, pulchri, quod nunquam ante viderat.* Risere parentes. *quia vt scribit* Vergilius *in* Bu-

colic

Hic mihi nascenti primum risere parentes,
Vagitusque meos audiit iste locus,
Hic fuerant cunæ, quæ me mulsere iacentum;
Hic cecinit mater carmina, dum vigilo.
Ex eo collo patris onus hic prædulce pependi.
Et matris gremio sarcina grata fui.
Repsimus hic pueri, breuis hæc tulit area primũ
Quadrupem: teneras sustinuitque manus
Hic primũ steterã bipes, & crepitacula quassãs,

colicis cui non risere parentes: nec deus hunc mẽsa, dea nec dignata cubili est. Vagitus meos. infantũ gemitus est vagitus. Vergilius 6. Aeneid. continuo audite voces, vagitus & ingens, infantumque animæ flentes in limine primo. Mulsere. prius sopiere, sed quia sopio primam producit, sopor vero breuiat: non ausi sumus breuem relinquere: sit igitur mulsere, pro sopiere: nam cunæ & cantus sopit pueros. Ex collo patris, quod infantes faciunt. Ouidius in epistola Hermiones, non ego captaui breuibus tua colla lacertis, non sedi gremio sarcina grata tuo. Vergilius. 4. Aeneid. Ille vbi complexu Aeneæ colloque pepẽdit. Repsimus hic. primum repsit, deinde incessit quadrupes, postea bipes. Martialis, fœlix quæ tantis sonuit vagitibus, & quæ vidit reptantes sustinuitque manus. Quadrupem. Plautus in Asinaria. sta quadrupes, vt olim puer. Steterã bipes, id est, erexi me in duos pedes. Crepitacula quassans. concutiens machinulas illas, quæ faciunt crepitum. Martialis in disticho, cuius index est crepitaculum. Si quis plorator collo tibi vernula pendet, hæc quatiant tenera garrula sistra manu. crepundia quoque dicũtur

qua

Blandicias matri blæſa quæ verba tuli.
Hic locus infantē paribus colludere vidit,
Perdere: & ancipiti vincere ſorte nuces.
Hic certa ludens equitaui arundine longa,
Atq; trochiſcus erat maxima cura mea.
Accipe me reducē per tanta pericula vectum:
Poſtque annos multos accipe me reducem;
Accipe me reducem, nec dedigneris alumnum
Qui tibi magnus honos gloria magna fuit.
Nec mihi ſuccenſe pietas patriæque patriſque
Quod genitale ſolum viſere lentus eram.

quæ pro amuleto appenduntur pueris in humero, dicta quoq; ab eo quod faciant crepitum agitata. Blandicias matri. Ouidius in epistola Hermiones non tibi blandicias primis mea mater in annis incerto dictas ore puella tuli. quod igitur Ouidius dixit ore incerto: nos bleſo diximus. eſt autem bleſus, qui literam in prolatione fraudat: quod infantibus contingit frequenter. Paribus colludere, id eſt cū æqualibus ſimiliter ludere. Horatius de puero in poetria. qui pede certo ſignat humum geſtit paribus colludere. Perdere & vincere, ſubaudi à ſuperiori vidit. Martialis, lude, inquis, nucibus, perdere nolo nuces. Vincere, ſic proprie dicitur in alea lucrum facere: vt vincam tibi centum aureos. Sorte ancipiti, id eſt, dubia, hoc eſt pari & impari. Horatius inſer. ludere par, inquit, equitare in arundine longa ſiquem barbatum delectat, amentia verſat, ergo puerorū eſt. Cetra ludens, id eſt, cetram motitans. eſt autem cetra clypeus

Quodq; tuo carui tamlōgo tēpore vultu:
Qui mihi debuerat numinis esse loco.
Nam si complexu me detinuisset inertem
Dulcis amor patriæ: dic, quid vterq; foret?
Illa quidem multos latuisset forte per annos,
Obscurumq; esset nomen in orbe meum.
Literulis vero nostris nunc viuet vterq;,
Et famam nobis sæcula multa dabunt.
Id que peragrato tantum sumus orbe secuti:
Dum profugi sequimur, qđ didicisse iuuat.

ex corio, vnde cetrati milites in historijs exprimit autem puerorū morem in Bethica, quæ fuit olim Mauris finitima. Trochiscus. diminutiuū est a trocho: quod interpretatur turbo. Martialis in distichis. iste trochus pueris. & ibidē, cedat vt argutis obuia turba trochis. Maxima cura mea, id est, nihil magis curabam. Vergilius. 1. Aeneid. Sidoniam puer ire parat mea maxima cura. Accipe me reducem. domum alloquitur. sunt autem reduces qui longo postliminio in patriam redeunt: siue qui ex periculis euadunt. Vergilius. 1. Aenei. namq; tibi reduces socios classemq; relatam. & paulopost. vt reduces illi ludunt stridentibus alis. Tanta pericula, quæ illa fuerint non vacat mihi nunc enarrare. sed ter dixit accipe me reducē ex affectu loquens: quisi domus irata nollet illum exceptare. itaq;, vt illam placare posit: rationes affert: sed illam imprimis, quod fuit maximum decus illi. Pietas patriæ. proprie pietas est obseruantia, quæ debetur patriæ & parentibus. Visere, ad videndum, constructio Græca. Geniale solum, id est, patriam, in qua sum genitus

Sed si frigida mors mihi nõ abruperit annos;
Clima ticã legem si superare datur.
Si datur emerito musis tranquilla senectus.
Nec properat Lachesis frangere sæua colos:
Quæ genuit, tellus: quæ me tulit vbere largo,
Cõponet cineres, excipietq; meos.

Vultu, conspectu. Loco numinis. i. quẽ debuerã venerari, quasi quoddã numen. Lucanus in primo. magni mihi numinis instar Roma. Nã si. hæc est causa, cur abfuit tandiu: quoniã si dulcis amor patriæ detinuisset me &c. Dulcis amor. Ouidius, nescio qua natale solũ dulcedine cunctos: Incertẽ, proprie sine arte & industria. Vterq; quid foret. i. ego & illi quid nũc essemus? & subdit qd vterq; foret. quia illa latuisset. i. obscura fuisset per multos annos. & ego quoq; essẽ ignobilis in orbe terrarũ sed nũc vterq; viuet. i. celebrabitur nostris literis &c. quod sumus assecuti orbe peragrato. i. lustrato : dũ nos profugi. i. exules sequimur. i. quærimus, quod iuuat didicisse. i. delectat scire. sed si frigida mors. hæc est alia ratio placãdi patriã: qđ pollicetur se in patria moriturũ, postquã fuerit a militia sua literaria solutus. Frigida mors. ab affectu: quia mortua frigescũt. Verg. 4. Aenei. sed cũ frigida mors aĩa subduxerit artus. Abruperit. itercepit. Verg. ibidẽ. inuisã q̃rena abrũpere lucẽ. Climaticã legẽ. i. scãsilẽ. nã climateres sunt, quemadmodũ mathematici dicũt, gradus quidã scãsiles, id est, anni fatales & periculosi hominibus: sunt nono quoq; anno, sed præcipue tertio & sexagesimo: qui incurrit in septimum climatera ex Iulio Firmico, qui ait, propterea sexagesimũ tertium ætatis annum periculosum esse : quoniam numerus vterq;

septẽ

Qui bene pro patria cecidisti: informe cadauer
Vulturibus sæuis dans: animumque deo.
Hic tibi cum proauis & auis pater ipse iacebit:
Hic vbi permixto puluere tota domus.
Vt quoniam vobis carui, dum vita manebat:
Orbatus saltē lumine morte fruār.
Hic vitæ portus, requies hic certa laborum,
Hic michi defuncto dulce leuamen erit.
Hic vbi casta iacet mater, pariterque sorores:
Quas immaturo funere mors rapuit.
Nam quid ego de te frater charissime dicam,
Qui bene pro Christi religione iaces?

ptem videlicet & nouem, qui decretorij maleficiique sunt; & ad vitam succidendā valentes, in vnum quasi concurrunt: alter enim in alterum ductus sexaginta tres efficiunt. Lachesis. vna ex tribus Parcis, quæ vitam nostram torquent. Frangere colos, id est, abrūpere vitam. Quæ genuit. procreauit. Quæ tulit. substulit & aducauit. Vbere largo, id est, fertilitate nimia. Componet & excipiet, id est, gremio amplectetur. Hic vitæ portus. id est, terminus peregrinationis meæ. hoc est mors. Requies laborum. quia tota vita laboribus plena est. Leuamen mite, subleuatio. Informe cadauer. turpe & deformatum. Orbatus lumine, id est, vita. Fruār. subaudi vobis in morte.

FINIS.

DE PROFECTIONE REGUM COMPOSTELLAM.

VT res Callaicæ siluerunt: proxi maiustis
Cura fuit ducib9 persoluere vota Iacobo.
Omnibus ex diuis quem; gens Hispana patronum
In dubijs vocat: & belli quasi numen adorat.
Atque ingēs illi solido de marmore templum
Finib9 Artabię posuit: positumq; dicauit.
Namq; ferunt Christo cęlesti sede recepto,
Et socijs omni dimissis orbe: cruenti

VT res Callaicæ, annus. 12. ab hinc agitur: ex quo inuictissimi principes nostri profecti sunt in Gallieiā ad sedandos componendosq; motus comitis Leniaci temeritate concitatos. Itaq; negocio cōfecto, vt vota persoluerēt, Cōpostellam ad diuū Iacobū venere: atque inde Salmanticā, vt hiberna agerent se contulerunt. Quo tempore, pro ea familiaritate, quæ mihi est cum Archiepiscopo Illiberitano tunc præsule Abilensi admonitus, vt de ea ipsa peregrinatione aliquid facerem: volui experiri, an ingenium meum satis ad heroicum carmen aspiraret. Itaque ex improuiso quasi à re media sic exorsus sum. Finibus Artabriæ. Nerium promōtorium & Artaborum portus est, qui vulgo dicitur Cabo de Finis terræ, non longe à Compostella. Posuit, fundauit. Namq; ferunt, dicit, vn

Hunc primum Herodis iussu cecidisse tyranni
Discipuli vero flentes: regemq́ perosi,
Et genus & patriam crudeles linquere terras
Et mortis domini testes cæsiq́ magistri
Constituunt: ergo cymbæ imposuere cadauer,
Incerti quo fata ferant: vbi sistere detur.
Perq́ maris nostri fluctus sine remige vecti
Hesperiam Calpen Euro tenuere secundo.
Inde per Herculei spumosas gurgitis vndas,
Oceaniq́ fluctus Austro impellente feruntur.

de religio illa orta est: vt locus ex toto orbe frequentaretur. Christo recepto in sede cælesti, id est post Ascensionem. Et socijs omni orbe, id est per totum orbem. Dimißis, per diuersas partes mißis. Matthæi, Marci, Lucæ, cap. vltimo. Ioannis. 20 de mißione Apostolorum per totum orbem. Hunc primum ex numero Apostolorum. Actuum. 12. At qui Stephanus fuit primus. Actuū. 7. Vnde & protomartyr est dictus. Est illud memorandum quoq́, ex duobus Zebedæi filijs: alterum fuisse raptum prius, alterum posterius. Herodis tyrāni cruēti. Hic fuit Herodes, sub quo Saluator noster paßus est. Discipuli ipsius Iacobi. Constituūt linquere terras crudeles. Ex Vergilio. 3. Aeneid. Et testes mortis domini, id est Saluatoris nostri: qui dominus est per redemptionem. Et magistri, id est Iacobi, quia dixit supra discipuli. Cymbæ. nauiculæ, Incerti. ex Vergilio. 3. Aeneid. Fata, id est Dei voluntas. Maris nostri, quod vulgus Mediterraneum vocat. Sine remige, hoc iam mirandum, quòd nec remo nec velis cymba sit impulsa. Hesperiam Calpen, promontorium Hispaniæ

Artabriæ donec portus tetigere repostos.
Tunc res Hispanas princeps Romanus habe-
Ille, sub imperio cuius saluator Iesus (bat
Sponte sua moriens hominum peccata reluit
Angulus ille tamen, regioque obnoxia. Cauro
Tota Lupę cessit: dederant cui nomina mores.
Quę, comitis Christi postquam miracula vidit
Et fidei signum, lustralibus extulit vndis:
Hospitis in tumulum sedes concessit auitas
Exilio celebratur honos, templumque Iacobi

spaniæ contra Abilam positum, nunc Gibraltar, id est mons Tarici. Euro secundo, nam ex Ioppe nauigantibus ad fretum Herculeū Eurus ventus est secundus. Inde, id est post Calpen iā in exteriore mari. Gurgitis Herculei, quod diximus fretum Herculeum siue Gaditanum. Austro impellente, qui spirat à meridie. Portus Artabriæ, id est Nerium promontorium, quod nunc est, vt diximus, Finis terræ. Princeps Romanus, Tyberius Cæsar, cuius anno. 18. Christus passus est. Saluator Iesus, interpretatio est, quale illud Vergilij. 3. Aeneid. Plemnyrium vndosum. Idē namq; est Hæbraice Iesus quod Latine Saluator. Sponte sua, quoniam oblatus est, quia ipse dixit, potestatem habeo ponendi animam meā & iterum sumendi eam. Angulus ille, scilicet Nerium promontorium. Obnoxia Cauro, id est subiecta & opposita vēto, qui à Latinis Caurus, à Græcis Argestes, vulgo Gallego. Lupæ, quæ eo tēpore regnabat in Gallicia, quanquā tota Hispania subiecta erat Tyberio. Mores, quia erat meretrix, nā antiquæ meretrices lupas vocabāt: vnde adhuc dicitur lupanar.

Non modo finitimi: ſed qui ſunt orbe remoto,
Chriſticolę magna cum religione frequentant
Cantaber & Vaſcon; Britones atq; Britanni.
Et cum Iuuernæ cultoribus incola Thules.
Teutones & Galli; Gręci paritercq; Latini.
Et quæcunq; manet gens nato conſcia Chriſto
Sed neq; poſt terram, pedibus quā preſſit Ieſus
Quæq; fuit Petri Pauliq; inſperſa cruore:

Comitis Chriſti, id eſt Apoſtoli, ſed prius comes & diſcipulus, poſtea Apoſtolus, id eſt miſſus. Fidei *ſignum, id eſt caracterē Chriſtianiſmi.* Luſtralibus *vndis, id eſt quæ pertinent ad purgationem peccatorum: nā luſtrare eſt purgare.* Extulit, *quia baptizata emerſit cum ſigno fidei Chriſtianæ.* Sedes *auitas, id eſt domum, quam à maioribus ſuis hæreditate acceperat, ex illo, ſcilicet tēpore, ex Virgilio. 8.* Aeneid. *finitimi, id eſt confines.* Chriſticolæ, *ſcilicet* Cantaber. *populus Hiſpaniæ nunc Vizcaya & Nauarra.* Vaſcon. *Cantabris finitimus.* Britones *populi Galliæ.* Britāni. *nunc dicuntur* Angli Iuuernæ. *quæ & Ibernia dicitur, vulgo Yrlāda.* Thules, *inſula eſt ſeptentrionalis ſub circulo arctico. Vergilius.* 1. Georg. *Tibi ſeruiet vltima thule.* Teutones, *Germani, &* Galli, *gens longe lateq; patēs.* Gens conſcia, *id eſt quæ confitetur Chriſtum natum.* Ex Lucano *in primo.* Et *gens ſiqua iacet naſcenti conſcia* Nilo. Quam preſſit Ieſus, *id eſt* Palæſtinam Syriam. *alluſit ad illud* Pſalmographi, *adorauimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* Quæq; fuit, *ſcilicet* Roma, *vbi* Petrus & Paulus *martyrio coronati ſunt.* Sacratius, *ſubaudi quam templum* Compoſtellanum *nomine* Apoſtoli *dicatum.* Videas

id eſt

Est aliquid toto sacratius orbe verenda
maiestate loci: videas suspensa reductis
Vincula captiuis, manicas, ferriq; catenas.
Et cum compedibus transuersi pondera vectis
Illic effigies, illic simulacra virorum,
Ipse comes Christi media quos morte reduxit,
Huc igitur postquam pietas immēsa laborum
Immemor accessit, terra prostratus vterq;
Votaq; concipiunt & templi limen adorant.
Sicq; prior regina preces dat pectore imo.
O decus Hesperiæ rerum tutela mearum,
Quē primi colim⁹ Hispani: quemq; patronum

id est uidere poßis, & narrat miracula complura, quæ inde fiunt. Vincula, scilicet manicas. vincula manuum. Vergilius. Manicas atq; arcta leuari vincla iubet Priamus. Compedibus. vinculis pedum. Vectis transuersi, id est massæ ferri grauißimæ. Effigies & simulachra, id est imagines ex cera aut alia materia. Media morte, ex qua illos vitæ restituit. Descripta templi religione: quæ summus preces rex & regina susciperint exponit: sed prius reginam loquentem inducit, quia in his, quæ ad religionem pertinent, fœminis primæ partes dandæ sunt. Ex eo, quod in Epithalamio diximus, hæc pia victori persoluet vota Iacobo. Pietas inmensa, id est ipsi pientißimi principes. Laborum immemor, id est non recusantes laborem. Concipiunt vota, id est vouent, quæ postea persoluant, preces dat pectore ab imo. Ex Vergilio. Rerum tutela, id est tutor. Quem primi colimus. Vergilianum est, id est nos præcipue. In afflictis

Rebus in afflictis semper sensere parentes.
Vtq; illos taceam, quibus est proteste vetustas:
Te duce, te socio, te milite, signiferoq;,
Non semel armipotens perfregit mœnia cõiux
Diruit attegias Maurorum diruit arces.
Ingenioq; loci validas hominumq; labore.
Non semel horrendo superauit Marte feroces
Pœnorum populos: & stragis vidit aceruos:
Cum tamen ex nostris vix esset vulneris autor
Singilis est testis, dulci qui temperat vnda

flictis rebus, id est desperatis. Parentes, *id est maiores mei.* Pro te*ste vetustas.* Ouidij *est, id est cuius rei antiquitas dat testimoniũ.* Te *duce, te socio, quia omnia accepta refert in ipsum* Apostolum. Per*fregit, expugnauit.* Maurorum *attegias, ex* Iuuenale. Dirue, *inquit* Maurorum *attegias, Castella* Brigantum. *Sunt autem attegiæ* Numidarum, *quæ ab alijs dicuntur mapalia siue magalia, hoc est, vmbracula, quibus vtuntur* Numidæ, *vtitur hoc vocabulo* Ruffinus *in interpretatione* Iosephi *de bello* Iudaico *pro fixione tabernaculorum: sed hic attegias posuit pro vicis rusticis* Maurorum. Ingenio, *id est natura loci.* Et labore, *id est arte: nam his duabus rebus muniuntur arces.* Pœnorum, *qui ex* Aphrica *venerunt in* Hispaniam. Autor *vulneris, sensus est, inueniebantur hostes occisi, & nemo ex nostris occiderat illos: ex quo videtur ipsum* Apostolum *confecisse illos.* Singilis, *eius, quod dixi, imploro atque cito testes ipsa loca, in quibus hæc gesta sunt.* Singilis, *fluuius in* Bethim *influens, nunc est* Guadaxenil. Qui *temperat, nam hoc compertum post, ho*

Arbore Palladia redimitum tempora Bethim
Et Lethe Stygij referens obliuia Lethes.
Et cum Mentesa Parnasia Castulo testis.
Mundaq; Cęsarei non vltima fama laboris.
Mille loci testes, medio quos hoste recepit:
Christicolisq; dedit: diuis quoq; tẽpla sacrauit,
Olim quæ fuerant Mahumetis lege profana.
Ergo ego pro meritis grates persoluere dignas
Cum nequeã: superest, ingentes semper agam⁹
Vtq; aliquem interea magnæ pietatis honorẽ
Atq; mei testes animi monumenta relinquam
Accipe diue precor nostrę munuscula sortis,

rum fluminum confluentem aquam Bethis *esse suauiorem.* Arbore Palladia, *id est oliua* Palladi *sacra.* Martialis. Bethis *oliuifera crinem redimite corona.* Lethes, *fluuius est* Bethicæ, *qui nunc* Guadalete. *Est autem cognominis alteri fluuio* Galliciæ, *qui* Limia *quoque dicitur.* Est *& fluuius apud* Inferos, *quem refert hic noster, interpretatur namq;* Lethes, *obliuio.* Mentesa, *oppidum* Tarraconensis, *nunc est* Iaen. Parnasia Castulo, *ciuitas fuit in ipso confinio:* Bethicæ *&* Taraconensis *non longe à* Biatia, *nunc vestigia apparent vocanturq;* Cazlona, *ex qua vrbe fuit* Imilce *vxor* Annibalis, *quæ referente* Silio Italico, *quemadmodum & vrbs sua, originem ducebat ab incolis montis* Parnasi. Mundaque, *non longe à* Ronda: *vbi* Cæsar Pompeij *filios superauit.* Lucanus *in primo.* Vltima *funesta concurrant prælia* Munda. Recepit, *restituit.*

Quod si forte mei manibus superata mariti:
Atque tuo nutu Granatę mœnia cernam
Ipsa meis oculis: media tunc vrbe dicabo
Templa tibi: ritusq; sacros, gentemq; profanā
Cum Mahumete suo nostris pellemus ab oris.

Templa ipsorum Maurorum. Agamus ingentes grates. Obseruat differentiam inter agere & persoluere siue referre. Aliquem honorem, id est sacrificium. Vergilius primo Aeneid. Aut supplex aræ imponat honorem. Monumenta testes. Sic Propertius. Sydera testes. Meæ pietatis, id est venerationis. Nostræ sortis, id est fortunæ, & subintelligendum est donaria obtulisse certa. Quod si, vota persoluenda concipit. Granatæ mœnia. Illiberos. Sic enim dicitur. Sed vocem sequitur vulgi. Cernam meis oculis. Pleonasmus est. Gentem profanam, sacrilegam.

¶ FINIS.

PETRVS MARTYR ANTONIO SVO NEBRISSENSI.

VTriusqꝫ Hispaniæ lumen & præsens decus salue.

Deambulanti mihi per littus Gaditani freti anno, quo venit Almeria in imperii Hispani potestatem, dedit se mihi obuiam corpulentissima incultaqꝫ & balbutiens quædā mulier, laniatis comis, & lachrymis largo flumine per ora & pullam vestem cadentibus, quæ sublatis vocibus dari sibi nautas, per quos transfretaret, inclamitans, quanuis me toruo lumine spectasset: interroganti tamen, quæ nam esset: quid sibi vellet his fletibus, quid funeralis habitus: quidue laceri perterga capilli significarent? respondit,

Mille & tercētum fuerā dominata per annos:
Et totum sine forma orbē sine lege tenebam

PEtrus Martyr. Antonio suo Nebressensi. Inducit barbariam vicem suam dolentem, quod expulsa ex Italia per doctos quosdam viros cum se in Hispaniam recepisset ab Antonio in Aphricā pulsa sit: sed priusquā id faciat, dicit se nil relicturam intētatū aut inausum. Mile & tercentum. ab Antonino Pio. 16. imperatore Romanorum: ad tempora Vallæ, Lapi &c. Sine forma, id est, pulchri

 tudine

Inculto sermone canēs regum arma ducesq;
Nomine barbaries:mulier nec amica poetis
Nec laudi bene grata piæ diuoque decori.
Bis senis lustris exactos orbibus orbes
Arbitror ardētē Phœbum traxisse per aūras.
Ex quo fata ingens durumq; indicere bellum
Costituere mihi,Martēque incendere contra
Demisere viros superi desede tonantis.
Summersum eloquium cœnosōneq; grauatum
Qui excuterent:turpiq; situ confecta leuarent:
Excolere inciperent linguæ rudimenta latinæ
Ex illo cecidere mihi de pectore vires:

tudine.vnde formosus & informis.ordo est.ego nomine barbaries mulier neq; amica neq; grata laudi piæ neq; decori diuo canens inculto sermone regum arma ducesq; fueram dominata &c.Nec amica.immo hostis publica. Nec grata laudi piæ:nec decori diuo. opinor relligioni intelligit.hoc est hymnis & canticis sacris.bis senis lustris.quinquaginta annos significat quandoquidem lustrum quatuor annos continet si idem est quod Olympias græce. Ardentem Phœbum ex opinione philosophorum qui materiam cælestem igneam putabant vt Vergilius.4.Aeneid. axem humero torquet stellis ardētibus aptum.Traxisseper auras orbes,id est,annos quia orbes sunt.Vergilius atq; in sua per vestigia voluitur annus.Exactos orbibus,id est,confectos motibus circularibus lunæ.Vergilius 1.Aeneid.Triginta magnos voluēdis mensibus orbes.Quinquaginta inquam annos ex quo fata constituerunt indicere, idest denunciare

ciarę

Et tremere occœpi cœlo minitante ruinam
Vaticinata grauē:quodq; hic iā lumine cerno
Infœlix dulci Ausonia modo pulsa putabam
Elegisse locum tutum:sedemque quietam
Inuenisse mihi:si extremis orbis in oris
Finibus occidiuis paruo hoc cōtenta laterem
Limite,& Europæ reliquo si terga dedissem.
Multo aliter cessit. zephyri clæmentia frustra
Implorata mihi est,aliū reperisse Philelphum
Sum visa,aut aliū hic Lapum:Marsūq; beninā
Nec-non & Vallā,vel tot de vatibus vnum
Quos peperit latium cōtra mea regna disertos

ciare mihi ingens bellum.Superi dij cæleстes.de sede tonantis,idest de cælo.vnde tonat Iupiter.qui excuterent.idest excitarent eloquiū id est,eloquentiam quæ versabatur in tenebris & luto. Leuarent subleuarent quæ erant confecta.idest fœdata situ,id est, squallore. & incultura.Ex illo scilicet tempore.Occoepi.incoepi.Vaticinata ruinā in caput meum.quod cerno iam lumine,id est,oculis quod ante hac timebam.Nam ego infœlix pulsa modo, id est, paulo ante à dulci Ausonia.idest Italia: putabam me tuto manere posse in Hispania.dedissem terga reliquo.idest reliquæ parti Europæ. Multo aliter cessit,id est,euenit.Clementiam zephyri. ventus est qui spirat ab Occidente equinoctiali vbi est Hispania.latine dicitur fauonius.qui mitis est & flatu suauis. sed hic inuenit alium à quo ita ex Hispania pellatur sicut ex Italia pulsa est à lapo. Marso. Valla,& quis ille sit narrat. dicitq; genitum esse a Mercurio

Mercurio genitũ referũt & Nebride nympha
Antoni huic nomẽ: qui me sequiturq; fugatq;
Per totã Hesperiã puer hic patriãq; domumq;
Et natale solum linquẽs iuuenilia semper
Tẽpora cum musis Bachoq; & apolline triuit
In ueteri Italia: ad quã nũc se contullit omnis
Turba puellarum cyrrha nysaq; relictis.
Hunc postquã virides lauros hederasq; seq;ces
Iam meruisse sibi vidit, Saturnia tellus:
Ad patriã antiquã celeri discedere cursu
Iussit, vt infirmo generi succurreret: & me
Hispanis ageret terris, subitoq; fugaret.
Cum pmum aduẽtare hominẽ mœstissima sensi
Atq; aduersa mihi penitus pia numina cæli
Et terra pelagoq; similiter fera bella parari,

qui Deus ingenij & in apotelesmatis astrologiæ homines ad varias artes inclinat. Nebride *nympha. fingit illum genitum ex deo deaq;* *nam vt dicit* Aristoteles. 7. Ethicorum *ex hominibus fiunt dij* Propter *excellentiam virtutis.* Puer hic. *anno vndeuicesimo in* Italiam *profectus est.* In *veteri* Italia, *id est, in latio antiquo. aut illud potius voluit significare in sermone latino antiquo.* Turba *puellarum, id est musarum.* Iuuenalis Naiades *prosit mihi vos dixisse puellas.* Lauros *& hederas. ex quibus coronabãtur poetæ.* Vergilius. *inter victrices hederas tibi serpere lauros.* Sequaces, *serpentes cum* Persio *dixit. generi infirmo, id est, suis* Hispanis. Ageret, *expelleret.* Hominem, Antonium. Pia *numina, id est, deos cælestes.* Bella *parari*

cons

Tartareas vires subito centriquæ profundi
Pallentes umbras adii, qua dicitur Astur
Camasea specu moriens descēdere ad orcum
Si malus extiterat, nr̄as dum carperet auras.
Tisiphonē reliquasq; furens discordia secum
Eduxit fatuura mihi, populosque per omnes
Hesperiæ occiduæ sparsit sua semina dextra
Tabēti, rudiumque animos contraxit ad iram
Armatus stipes flāmis, nec tela, nec hastæ.
Ne cprofuere minæ ingētes, strictique parctos
Inflexus gladii triuiorum, ensesque corusci.
Post multos variosque met⁹ durosque labores
Neque meosque simul vicit strauitq;, nec vltra
Me sinit has penitus terras habitare potentes.
Desertos igitur Libyæ zonæque furentis.

contrum me. Qua dicitur astur. locum siue specum describit qua est descensus ad inferos in Asturibus. vnde auxilium implorat barbaria a discordia. sequitur autem quod vulgus opinatur de Camasea specu ex horatij auctoritate qui in poetica arte dicit. aut famā sequere: aut conuenientia finge. ordo est, qua Astur moriens si fuit malus dum viueret dicitur descendere ad antrum. Specu Camasea, id est, per specum illum. dum carperet auras, id est, dum viueret. discordia fautura mihi eduxit Tisiphonem & alias subaudi sorores scilicet Allecto & Megæram. quæ sparsit dextra tabenti, id est, tabifica sua semina scilicet discordiæ per omnes populos Hesperiæ occiduæ, id est, occidentalis nam Italia orientalis Hesperia dici potest.

Saxosos mõtes nigri & vasta æquora Bocchi
Pulsa peto tundesq; genas lacerãsque capillos
Hæc effata graui sonitu sæuoque fragore
Aethera peracutiẽs euruit: atq; sub auras
Eiecta horrẽtes nusquã est mihi visa sequenti;
Hæc tibi significo vatum doctissime, ne te
Pœniteat laborasse intra grata antra sororum
Castalidũ post hac quãdo hæc te gloria amice
Subsequitur: male culta fugit tua noĩa quãdo
Barbaries: tot regna tuis sudoribus ex quo
Ornasti, tua fama quibus velat alta sub astra.

test. Rudium animos, id est, hominum indoctorum. Ad iram, id est, belli furorem. Stipes armatus flammis, id est, faces quas furiæ, intentant, & quibus hominum corda dicuntur instigare. Nec tela. ted nulla vis potuit illi resistere, quin me superaret. Arctos vicorũ inflexus, id est, ancones. & est sumptũ ex Iuuenale. sunt autẽ anco ines viarũ inflexus. Has terras. Hispaniã. Zonæ furentis, feruẽtis hoc est torridæ. Vasta æquora. campos. Bocchi, hic rex fuit Mauritaniæ. Horrẽtes auras. aut squallore horridas: aut quas ipsa horridas fecerat. Hæc tibi. epilogus est. Sororum Castalidum, id est, musarum à fonte Castalio musis sacro. Posthac deinceps & in futurum. male culta pro inculta, vt male sanus pro insanus. Quibus. sudoribus.

FINIS.

AELIVS ANTONIVS.

PETRO MARTYRI SVO. S. d.

QVos tibi quos tali reddam pro carmine versus
Petre meæ laudis iudex & candide martyr,
Cuius ego pluris de mihi carmi mina feci
Quam si Mæoniis opibus me Crœsus inauret
Atq; Tagus Bethisque meus mihi defluat vni

QVos tibi ad superiora Petri martyris carmina rescribit dicens se multi facere illius iudicium candoremq́; animi, quod ex alijs non est expertus, tãquã ab hominibus inuidia & maleuolentia suffusis. deinde narrat, qua ratione atq́; arte barbariam profligauit. Quos tibi. Vergilij carmen ex Bucolicis. quæ tibi quæ tali reddam pro carmine dona. Martyr, id est, testis. allusitq́; ad nomen Petri martyris, quasi futurus fuisset testis gloriæ Antonij. Et candide iudex. appellantur autem candidi, qui non sunt inuidi: atq́; e cõtrario nigri detractores & maleuoli dicuntur. Pluris feci, id est, maiori precio æstimaui. De me. de rebus meis. Mæoniis, id est, Lidijs, vbi sunt Hermus & Pactolus fluuij auriferi. Cræsus rex Lydorum ditissimus omnium fuit. Inauret, id est, auro impleat. Hor. vt te fortunæ riuus inauret. Tagus & Bethis flumina Hispaniæ, quæ aurum quoq́; à poetis in mare deuoluere dicuntur. Bethis meus, id est, conterraneus mihi, quippe qui agrũ Nebrissensem abluit.

Nã quicumque alij nostro versantur in orbe.
De grege Pierio: quos miserat ante disertos
Musa latina viros, partim carpsere labores
Conatusque meos preceptaque tradita partim
Inuidere mihi: sed pars contẽpsit vtrumque.
At te candidius nihil est, nil doctius unquã
Pirene gelidos vidit transcendere saltus,
Romanos postquã ductores barbara proles
Expulit, & bello populos subiecit Iberos.

abluit. Mihi vni: id est, soli, vt quicquid auri deferunt sit meum. Nam quicumq;, sensus est, omnes alij sermonis latini professores, qui ante hac ex Italia in Hispaniam venerunt, aut inuiderunt meæ gloriæ: aut contempserunt me: tu solus sine inuidia & malignitate de rebus meis iudicasti. Nostro orbe, in Hispania. de grege Pierio, id est, musarum, hoc est homines poeticæ studiosi. Musa latina, id est, sermonis latini peritos. Partim: quædam pars illorum. Carpserunt, reprehenderunt. Labores & conatus, metonymia est pro opera laborata, & quæ sum conatus scibere. Inuidere. citra reprehensionem. Contempsit vtrumq;, id est, nihili fecit atq; neglexit, reprehẽdere, & inuidere. Candidius, id est, nihil minus inuidia & maleuolentia suffusum. Pirene, nympha fuit ex cuius nomine Pyrenei dicti sunt montes, qui Galliam ab Hispania disignunt. saltus gelidos niuibus candicantes, atq; perinde frigidos. Barbara proles scilicet Gotthi, genus hominum barbarum, & quod sermonis latini reliquias obruit. Expulit Romanos ex Hispania. quam septingentos circiter annos obtinuerant.

Ergo ego

Ergo ego barbariæ magni prope littora port⁹
Quam vidisset refers: aut te vidisse putabas:
Indixi bellum tyrrhena a sede profectus
Cum primum in patriā redij: quā denicp visam
Congressus fudi nostrecp ex orbe fugaui,
Illa quidē magnis ducibus rem gessit: & omnes
Hesperię populos victrix dictione tenebat.
Neue graui quonpam miseris exire liceret
Seruitio: validas imponit mœnibus arces
Sed prætoritias illi Salmantica sedes
Præbuit: vnde viros partes dimittat in omnes:

Ergo ego. Quomodo barbariam fuderit fugaueritq́; exponit. Ordo est. Ego profectus à sede Tyrrhena, id est ab Italia, cuius pars supra Romā ad meridiē versa Tyrrhenia antiquis tēporibus dicebatur: indixi bellum barbariæ: quā refers te vidisse, aut putasti te videre, quod non videbas: idq́; prope littora magni portus, qui aut est Almeria aut nō longe ab ea. Indixi inquā cum primū redij in patriam. Quā visam, ad barbariā referendum est. Congressus, pugna cōmissa. Fudi & fugaui. Ex quo occupauit Hispaniam barbaria: prius narat: deinde quomodo illā profligauit. Illa quidem barbaria. Gessit rem, administrauit negotiū. Magnis ducibus, hominibus, qui videbantur præse ferre magnā doctrinæ speciē: cum nihil scirent. Tedebat dictione, id est sub legibus & potestate sua, & vt exerceret iniquā ex arce dominationē: muniui quædā loca, sed præcipuè Salmanticā. Ordo est. Imponit mœnibus, id est super populorū domus, Arces, ne subditis miseris liceret, aliquando exire ex graui ser

 uitio,

Oria qui rumpant:vacuent cultoribus agros:
Et spargant nostris a se data semina terris.
Hos ego palantes cupiens arcere:Minerua
Quę fauet ingenijs:iussit secedere bello:
Consiliumq; dedit,qua sit ratione gerendum.
Ipsa petenda tibi est tantorum causa malorum
Barbaries regni columen quæ fixit in arce.
At velut Alcides peteret cum viribus hydram
Et crescens dãno monstrum:non ante peremit
Guttura quã validis compressit sæua lacertis
Perq; vias tenues nanimam exhallare coegit:

uitio,ex Vergilio in Bucolicis.Neq; enim seruitio me exire licebat. Prætoricias sedes,id est domũ regiã.Nã quia Prætores dicti sunt, quod præirent honoribus:omisso Prætoris significatu,qui est rede re vnicuiq; suum ius:Prætorium dicitur domus regis, & Prætoria cohors,quæ regis custodiæ præposita est: & nauis prætoria, qua rex vehitur. Ergo sedes prætorias, vel prætoricias, id est regales. Dimittat,id est bellatores per diuersas partes mittat. Qui rumpãt ocia,id est pacem & bonas artes pacæ alũnas.Cultoribus,sermonis latini peritis.Semina dana à se,id æst lollium,auenã sterilẽ,& quæ frugibus nocent,& est metaphora frequens etiam in sacris literis. Hos ego,scilicet duces barbariæ. Palãtes, id est vagos & per totã Hispaniã dispersos.Minerua,artiũ dea & inuentrix,ideo ingenio-rum fautrix.Secedere bello,id est ab huiusmodi belli gerẽdi ratio-ne:qua nunquã potuisset cõponi & finiri.Ipsa petenda, verba sunt Mineruæ.Ipsa barbaries,id est non duces,sed ipsa est petẽda.quip-

pe quæ

Sic ipsas fauces: sic ipsum corripe guttur
Alterius monstri: totoq; ex orbe fugato
Vltra Sauromatas: aut extremos Garamantes
Perge bonis auibus: dubijs nec defice rebus:
Nam te magna manet iusti victoria belli.
Dixit & ex oculis euanuit: Ast ego vires
Qualescunq; meas contraxi protinus: & te
(Nã rumor tulerat magni mihi nomina Petri
Martyris) absentem ad partes arcessere belli
Cõmunis volui. sed Gallia magna tenebat
Te procul a patria: nostrisq; remotus ab oris.

pe quæ fuit causa tantorũ malorũ. Columen. id est fundamentũ & fiduciã regni sui. In arce Salmãticæ. Ac velut, exẽplo probat sic esse faciendũ, q quẽadmodũ Hercules nihil proficiebat singula capitum inuades, quo ad ipsum guttur quasi radicẽ capitũ cõpressit: sic tu cũ ducibus barbariæ nihil proficies, nisi ipsam oppresseris. Alcides, Hercules. Crescens dãno quia vno capite abscisso cõplura pullulabant. Per vias, tenues per poros & foramina illa subtilia, quia per guttur non poterat. Animã exhallare, expirare. Alterius monstri, scilicet barbariæ, quæ est alterũ monstrũ. Vltra Sauromatas. Iuuenalis est. Aut extremos Garamãtes. Verg. in Buco. Bonis auibus, idest auspicijs, quoniã ex auibus captabantur auspicia. Manet te, id est expetat, Vergilianũ est. Euanuit Minerua, quæ omnia hæc dixerat. Qualiscunq;, quantũcunq; paruas, Contraxi, collegi. Et te. Ordo est, & volui arcessere, id est vocare te absentẽ ad partes, id est, officium belli cõmunis, & per parenthesim dixit q rumor tulerat

 nomina

Non poteras etsi cuperes succurrere amico.
Nuncia barbariæ venit fama: illa cohortes
Explicat: & ducib⁹ geminis duo cornua mādat
Barbaron a dextra leuaq́ꝫ a parte solœcon
Preficit. atq́ꝫ suas vires animosq́ꝫ monstrat.
Spectatrix aderat toto Salmantico muro
Matres atq́ꝫ viri pueri innuptæ puellæ:
Cum veni, vidi, vici, Marteq́ꝫ repulsa
Nostro vertit iter diuersas orbis in oras:
Vertit iter: neq́ꝫ post oculis est reddita nostris.

nomina, id est famā tuā. Gallia magna, vbi eo tēpore eras, fama nūcia, q̄ ego aduentabā. Illa explicat, educit & ordinat exercitū suū. Geminis ducibus duobus, quos statim nominat, Barbarismum à sinistro cornu solœcismum à dextro. Suas vires, quasi ipsa in subsidio posita, nā sic diuidebatur exercitus in duo cornua & in subsidium. Spectatrix, expectās quasi ex spectaculo euentum rei. Matres. Vergilianum est. Veni, vidi, in pauca verba cōtrahit victoriā: vt celeritatē potius quā pugnā ostenderet, fuerunt autē illa tria verba in titulo triūphi Cesaris de Mithridate rege Ponti. Veni, vidi, vici, in oras diuersas. s. in Aphricā, vt tu dixisti. Reddita, restituta ex Verg.

¶ FINIS.

¶ *Fue impresso en Antequera, con Priuilegio Real, y con licencia del Ordinario.*

¶ Esta tassado por los Señores del Consejo Real en España a tres marauedis el pligo, y en las Islas de sctō Domingo y Tierra firme a seys marauedis, y ē nueua España y nueuo reyno đ Granada a ocho marauedis, y en las prouincias del Peru a diez marauedis cada pligo.

+

Phrase de la agenda

de la sine clamore sine murmuratione.